


Hoc manuscriptum est anno 1442. exaratum.

N. Inv. 1251

ue lup̃a D o

minus dixit ad me filius meus es

tu ego ho

Liber Thome [illegible] doctoris
p[ro] collegio [illegible]

fulgebit hodie super nos quia natus est do

dominus et vocabitur admirabilis deus princ

pacis pater futuri seculi cuius regni non e

Deus autem qui dives est in misericordia propter nimiam caritatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis convivificavit nos in Christo, cuius gratia salvati estis. Illud istud scribitur ii. ad Eph. In quo insinuatur nobis nostre redemptionis misterium. Et propter hoc manifestatur nobis semper liber sententiarum et specialiter quartum ad tertiam partem ipsius in qua complicatur nostre redemptionis sacramentum secundum partem ipsum. ¶ Tangit autem in hoc verbo magister quatuor pertinentia ad redemptionem humani generis. ¶ Quorum primum est auctor reparationis. Secundum est lapsus reparabilis. Tertium persona reparatoris. Quartum autem et ultimum salus hominis reparati. Auctor autem reparationis notatur cum dicitur Deus autem qui dives est in misericordia etc. Ipse enim sua largiflua misericordia non aliunde motus disposuit reparare genus humanum sicut scribitur in Jo. iii. Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in ipsum non pereat. ¶ Lapsus non reparabilis cum dicitur cum essemus mortui peccatis. Peccatum enim primi parentis erat causa nostre mortis. Propter quod a statu innocentie per lapsum fuit totum genus humanum secundum quod scribitur Ro. v. Sic per unum hominem peccatum in mundum intravit et per peccatum mors ita et in omnes mors pertransiit in quo omnes peccaverunt et quia in alio et per alium peccaverunt ideo reparabiles reddebantur. ¶ Persona reparatoris notatur per hoc quod dicitur convivificavit nos in Christo. Ipse enim Christus fuit in quo scilicet fuit ista reconciliatio sicut scribitur ad Coll. i. In ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare et per eum reconciliare omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius sive que in celis sive que in terris sunt. ¶ Salus non hominis reparati tangitur in hoc quod dicitur cuius gratia salvati estis etc. Ratione enim passionis Christi collata est efficacia sacramentis ut per ea infirmis detur gratia sanativa secundum illud ad Tit. iii. Secundum misericordiam suam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis quem effudit in nos habunde per Ihesum Christum salvatorem nostrum. De hiis quatuor magister sic loquitur v. ad Ro. In quodam verbo ubi sic ait. Commendat autem deus caritatem in nobis. Ecce auctor reparationis. Quia cum adhuc peccatores essemus ecce lapsus reparabilis. Christus pro nobis mortuus est. Ecce persona reparatoris. Multo magis iustificati nunc per sanguinem ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Ecce lapsus hominis reparati. ¶ Secundum ista quatuor inspiciendo convenienter describuntur. Describuntur quatuor partes libri sententiarum. Nam in primo libro agitur de reparationis auctore ut puta de beata trinitate. In secundo non agitur de ipso reparabili ut puta homine cadente a statu conditionis et innocentie. In tertio agitur de persona reparatoris ut puta de Christo deo et homine

In principio vero agitur de hominis reparati sa
lute que quidem consistit in expia
cione culpe et amocione vindi
cte et sic patet quomodo iste totalis
liber versatur et hic reparacionis
misterium explicandum ¶ Explicacio
tamen modo hic spectat ad totum librum
in quo manifestum qualiter vivifica
ti sumus per xpm et hoc notavit apostolus
in verbis predictis cum dixit convivi
ficavit nos xpo et ideo dicit apostolus
quia deus vivificavit nos in xpo
et per ipsum et secundum xpm primo igitur
deus convivificavit nos in xpo quia
in persona eius mortem mixtum vite
sociavit secundum illud Joh. v. sicut
pater habet vitam in semet ipso ita et fi
lio dedit habere vitam in se ipso. Si enim
igitur habet filius in se ipso quod sibi
morte mixtum assumpsit nobis ut et
in morte vitam sociavit. ac per hoc
in semet ipso convivificavit Convivi
ficavit etiam cum xpo dum ipse xpc
qui vita erat nos homines mor
tales vivificavit secundum illud quod dicitur in
principio i. capitulo v. Quod fuit ab ini
tio quod vidimus oculis nostris quod per
speximus et manus nostre contrecta
verunt de verbo vite et vita manife
stata est et vidimus et testamur et
annunciamus nobis vitam eternam et sic
dum vitam vivus est et cum hominibus
conversatus est deus nos convivificavit
in xpo dum venit nos fecit cum
ipso. Convivificavit etiam nos per xpm
dum nos a morte eripuit per mor
tem ipsius secundum illud i. Petri iii
Xpus semel pro peccatis nostris mortuus
est iustus pro iniustis ut nos offerret deo etc
quia xpc vitam suam pro nobis posuit. dicens

primum genus humanum mortuum vi
vificavit. Postremo secundum xpm
nos vivificavit dum ad eius gratiam
nos per viam vite duxit iuxta id
psalmi Notas mihi fecisti vias vite. Notas
nobis fecisti vias vite. dum nobis
fidem et spem et caritatem et
dona gratiarum distribuit et manda
ta adiunxit in quibus ipse xpc
ambulavit et in quibus consistit
via vite per quam xpc nos docuit
ambulare. Deus quoque nos vivificavit
secundum xpm quia ad vitam dirigit imi
tatores ipsius ¶ Debilis in iiiior sil
licet ad Philip. confirmavit se
met ipsum formam servi accipiens ecce
primum scilicet quod morte mixtum vite sue
univit in plenitudine humani sensus
et habitu inventus ut homo. ecce
secundum videlicet quod cum hominibus ut homo
vixit. humiliavit semet ipsum usque
ad mortem ecce tercium videlicet quod
per mortem suam nos a morte liberavit
propter quod et deus exaltavit illum
ecce quartum videlicet quod post mortem
multos habet separatos et imi
tatores credentes in eum Deinde
in hac secunda que sic incipit Cum igitur
venit plenitudo temporis etc. Inten
dit magister determinare qualiter deus
nos xpo convivificavit. Liber iste
dividitur habet in iiiior partes secundum
iiiior que predicta sunt In quarum prima
magister determinat de unione naturarum
in xpo per quam dicitur convivificavit
in xpo In secunda vero determinat qualiter
se vivis inferioribus conformavit. Ex
quo dicitur convivificavit cum xpo et
incipit hec secunda pars ibi Solet autem
queri utrum aliquem hominem vel aliquid etc

Tercia vero determinat qualiter per mor-
tem suam nos a morte liberavit
quoquo nos gratiam vivificavit per
passionem, ibi distinctio xv. Nunc querimus
quando per mortem christus etc. Quar-
ta vero et ultima determinat qua-
litates virtutum in christo fuerint et
quales esse debeant in eius
imitatoribus, quoquo dicitur quod deus
nos secundum christum vivificavit, ibi
distinctio xxiii. Et vero primo prohemium
sit christus etc. vel aliter quod in hoc
libro agitur qualiter deus nos
convivificavit christo et christus nos
vivificavit assumendo vitam
nostre nature et impertiendo nobis
vitam gratie. Secundo liber iste habet
partes duas. Prima autem agit
de vita quam pro nobis christus assumpsit.
Secunda vero de vita quam nobis
contulit, ibi distinctio xxiii. Et vero
super hominem sit etc. ubi agitur de
virtutibus donis et preceptis.
Prima pars habet duas partes quarum prima determinat
in genere de incarnatione ubi sive de
vite nostre assumptione facta a verbo
ipse sive absolute. Secunda vero
per ordinem ad nostram redemptionem,
ibi distinctio xv. Solet querere utrum a-
liam [illegible] etc. Prima pars ubi magister
determinat de unione naturarum in
christo dividitur in tres partes. In prima
ostendit magister quod in christo fuit unio
naturarum diversarum. Secunda vero in sit
uniendi et assumendi modus et per-
sonarum ordo, ibi distinctio v. Tercia vero
qualiter per illam unionem fiat communicatio
ydiomatum et proprietatum, ibi distinctio vi.
Prima pars predicta in quinque oportet etc.
etc. Prima pars dividitur in duas. In prima agitur

de unione naturarum. Secunda de christi
conceptione, ibi distinctio ii. Nunc devenire
ubi prima pars dividitur in duas. In prima determinat
de unione naturarum in christo, compte pre
assumptis. Secunda de compte ne assump-
te, ibi distinctio ii. Et quia in homine to-
ta humana natura. Prima pars quam continet
presentem distinctionem dividitur in tres partes.
In prima ostendit magister incarnationem fuisse
esse in persona filii auctoritate apostoli.
Secundo vero magister hunc verum myste-
rium ibi diligenter notandum est etc.
Tercia vero removet dubium ibi
Hic vero queritur utrum pater et filius et
spiritus sanctus etc. Subdivisiones autem partium
patere manifeste sunt in littera.

Ad intelligentiam vero huius partis
in qua dicit hic quo de incarnatione
queritur ad duos articulos. ¶ Primo
queritur de ipsa incarnatione quantum
ad unionis possibilitatem. ¶ Secundo queritur
de incarnatione quantum ad unionis
congruitatem. ¶ Circa primum queruntur
iiii or. ¶ Primo queritur utrum divina natura
potuit uniri cum humana natura.
¶ Secundo queritur utrum una persona potu-
erit uniri sine alia. ¶ Tercia vero
queritur utrum una persona potuit u-
niri simul cum alia. ¶ Quarto queritur
utrum quelibet trium personarum potuit
incarnari preter patrem.

Circa primum sic proceditur et queritur
utrum divina natura potuit arti. 1. q. 1.
uniri cum humana natura et quod non
videtur. Uniri est pati. Sic unire est
agere. Sed quod impossibile est pati impossibile
est uniri. Sed divinam naturam im-
possibile est pati, ergo impossibile est
eam alia natura uniri. ¶ Item convenien-
tiam (?) universaliter aliquo modo cum ...

unit. sed quod impossibile est alicui corpori
in impossibile est alicui uniri. sed divine
nature impossibile est alicui corpori cum
sit simplicissima et perfectissima ergo etc.
¶ Item unum unibile et non unitum se habet
ad actum et complementum unibilis possibile vel
aut possibile ad actum et completum est
unibile et imperfectum. sed in deo nulla
potest esse imitacio nulla imperfectio ergo
nulla temporalis unio ¶ Item quorum
sunt unibilia sunt ad invicem proporcionalia
quod inter illa nulla est unio inter
que nulla cadit proporcio sed dei
qui infinitus est ad creaturam que
finita est nulla cadit proporcio. ergo
nulla potest esse illarum naturarum co-
nexio. Item plus distat creator
a creatura quam distent duo opposita
pro quod omnia opposita conveniunt in ali-
quo genere proximo vel remoto. deus
autem et creatura nullo genere que
participant ergo facilius est unire
aliqua opposita quam sit unire divinam
naturam cum humana sed deus non
potest facere quod idem sit homo vel et
asinus vel quod idem sit album et nigrum
aut certe quod idem sit et non sit ergo
non potest facere quod deus sit homo et deus
¶ Sed contra plus potest deus facere quam
potest homo dicere unde illud Luce i
non erit impossibile apud deum omne
verbum. Si igitur potest homo hoc credere
et dicere quod deus sit humanatus nec re-
nuitur videtur quod non sit apud deum
impossibile ¶ Item plus potest deus
facere quam nos petere. unde illud Ephes.
iii. deus qui potest facere superhabundanter
quam petimus vel intelligimus sed hoc
potuit petere filium dei incarnari
ergo filium dei fieri carnem vel incarnari
non fuit deo impossibile ¶ Item quod
duo sic se habent quod unum est unibile al-

terius et illi conforme possibile est
uniri unum alteri sed anima plus
habet deiformitatis respectu dei quam
corpus respectu anime. plus etiam
habet de ratione conformitatis cum anima
sit substancia spiritualis et ymago dei
ergo si deus animam potuit uni-
re corpori videtur quod sibi possit substanciam
humanam unire sibi ¶ Item omne
quod est alteri maxime intimum et ama-
bile est ei unibile unione ma-
xima sed deus est anime intimus
et amabilissimus ergo videtur quod sube-
rationali perfecte uniri possit spiritus in-
creatus ¶ Item si divina natura non
possit sibi unire humanam aut
hoc est propter impedimentum ex parte
nature sue aut propter impedimentum
ex parte creature. si propter impedimen-
tum ex parte nature sue ergo cum illud
sit ipsius perfectissimum et nobilissimum
videtur quod divina natura non sit consona
omnimode perfectioni et nobilitati si propter
impedimentum creature ipso videtur
quod in creatura non sit dispositio ob-
ediencie respectu creatoris hoc autem
derogat divine potencie ergo impossibile
est quod respectu talis unionis in-
veniat impedimentum ex parte alicuius.
Et sic hic restat quod deus potuit cre-
aturam rationalem sibi unire ¶ Respon-
deo. quod absque dubio possibile fuit rño
naturam humanam unire divine in persona
filii. ratio autem huius est ista quia
omnia illa attribuenda sunt di-
vine potencie que sibi non dero-
gant et talia sunt que posse
est potencie. divinam autem naturam uni-
ri humane in unitate persone non
derogat potencie divine et hoc posse

est possibile maxime scilicet possibile est
diuinam personam que ab eterno sunt
yppostasis respectu diuine nature esse
yppostasim respectu humane nature
in tempore. Hoc autem non dicit aliquam im
perfectionem sed potius dignitatem et
nobilitatem sicut enim cum deus sit
bonus ab eterno in nullo sit dero
gatio bonitati sue diuine ex eo quod bonita
tis creature in tempore quamuis bonitas
creata longe sit inferior bonitate
increata. Ergo cum persona filii dei
sit ypostasis intellectualis et spiritualis et
increata ab eterno in nullo derogat
ei si sit ypostasis rationalis nature
create in tempore et quemadmodum deus
de nouo creante sit creans in actu
absque aliqua sui mutatione vel inno
uatione sed solum secundum mutationem ex parte
nature create, sic persona filii
dei que non erat ypostasis humane
nature in actu fit et eius ypostasis
absque aliqua sui mutatione vel in
nouatione sola secundum mutationem
ex parte nature assumpte ¶ Et quemadmo
dum deus qui est in creatura per essentiam
presentiam et potentiam in nullo dependet
ab ipsa sed potius dependet creatura
ab ipso tamquam a causa conseruante et
sustentante. Sic et deus cum est
in natura rationali per unionem non dependet
ex ipsa sed potius ex eo rationalis crea
tura dependet ex ypostasi diuina
et habet substantificari in illa sicut
natura substantificata in ipsa. Et sic patet
quod unio diuine nature cum humana in
nullo derogat nobilitati diuine et
ideo cum omnia attribuenda sint
deo que non derogant amplio
ritati eius indubitanter ponendum est

eius incarnationis mysterium esse
deo possibile. Apparet quod dixit angelus
ad mariam in eius primordio appa
ruit incarnationis misterium non
erit impossibile apud deum omne verbum
Unde et credende sunt voces que
hic audiunt ¶ Ad illud quod secundo obicitur
in contrarium quod sic dicit [interl.: et ceteriam] passus quedam sunt
verba que in voce actiua significant pas
sionem ut moritur ¶ Quedam que in voce pas
siua significant actionem et hoc modo in
telligendum est cum dicitur natura di
uina humane uniri eo quod diuina
natura aliquid patiatur. Sed quia ipsa
diuina unit ipsam humanam naturam
unit [interl.: sibi] et ipsam personam sine ypos
tasim possessio circa aliter dici. quod sic nō
generare et generari non significat in di
uinis actionem vel passionem sed relationem
sic circa uniri dicitur de diuina natura
vel persona non dicit actionem aliquam
sed relationem potius que quidem relatio
dicit dependentiam solum in natura creatura
sicut hoc potest colligi ex hiis que in libro
primo dicta sunt circa agebatur de di
uinis nominibus que dicuntur ex tempore ad cre
aturam distinctione xxx. ¶ Ad primum quod obicitur
quod que veniunt componunt, dicendum quod si hec
accipiatur ubi compositio dicit implicitus est unio
quod compositio unio enim dicit coniunctionem
duorum in uno. siue veniat ad consti
tutionem tertii siue non. compositio vero dicit
coniunctionem aliquorum ita quod veniunt
ad constitutionem tertii siue non compositio vero
dicit coniunctionem aliquorum ita quod ve
niunt ad constitutionem tertiorum et omne ta
le aliquomodo est mobile respectu alte
rius et ideo compositio semper impor
tat imperfectionem in componentibus unio
vero non et ideo non sequitur quod si

diuina natura non potest alteri componi quia
non possit alteri uniri ¶ Ad aliud
quod obicitur quod omne unibile non unitum
est ad complementum cum unionis potentia
dicendum quod illud uerum est de illo unibili quod habet
per diuinam aductum unionis per aliquid
adquisitum in ipso. De illo autem quod est
unibile solum per aliquid adquisitum in al
tero non habet ueritatem et sic non est u
nibilis diuina natura humane nature per
unitatem substantiam. et ideo conclusio non sequitur
quod aliqua sit possibilitas imperfectionis
susceptionis propter diuine nature sed
solum propter nature create et racio
huius est quia unio dicit relacionem relacio in
tendencia habet in esse per mutacionem subiecti
in uno extremo altero existente in mobili re
manente sicut patet si ego sum albus
et quiescit aliud qui sit albus statim
incipit michi esse similis nulla in me
facta mutacione sed solum in ipso. Cuius
exemplum ponit Boecius de dextro et
sinistro sic intelligendum est in proposito
et ponit exemplum huius sicut inuenimus in
unione radii et cristalli si enim cristallus
super inducatur radio iam diffuso illu
minanti cristallus illuminari dicitur et
a radio perfunditur et ei copulatur absque
quod mutacione facta propter radii sed so
lum propter cristalli sic pro nobis sed
longe spiritualius intelligendum est in
natura assumpta et persona sibi
¶ Ad illud quod obicitur quod omne unibile est
proporcionabile dicendum quod uerum est si intelligatur
de proporcione que attenditur in conue
niencia ordinis si autem intelligatur
de proporcione que est in commensuracione
quantitatis ueritatem non habet pro eo
quod si aqua maris infinita esset ad
hoc posset spongia in mari sic uniri

in indigeret et uniri et ideo sufficiat
ad unionem proporcio que surgit ex
conueniencia ordinis. et talis est conue
niencia. que est inter creaturam racio
nalem et deum. pro eo quod natura racionalis
eo ipso quod ymago dei nata est ordi
natur ad ipsum ut in meditatione sic in primo
et secundo libro fuit ostensum ¶ Ad id
quod obicitur quod maior est conueniencia cor
porum quam sit dei ad creaturam et
ita quod magis sunt unibilia dicendum quod et
si maior est conueniencia propter aliquam
quandam participacionem magis tamen ita
est conueniencia secundum possibilitatem uel or
dinem unius ad alterum quia unum cor
pus non habet ordinari ad suum cor
pus sicut ad finem et complementum
sicut creatura racionalis habet ordinari
ad deum. Conueniencia autem impletiua
paccione aliorum generis non faciunt ali
qua esse unibilia nisi sit aliqua con
ueniencia secundum racionem inclinacionis
et ordinis sic patet magis enim est
anima unibilis corpori quam sit una
anima unibilis alteri et sic non tenet
illud argumentum anima non potest alii anime
uniri ergo non potest corpori uniri sic
nec illud argumentum concludit opposita non
possunt uniri oppositio ergo creatura non
potest uniri deo

Secundo queritur utrum una persona
possit uniri sine altera et
quod non uidetur primo per Damascenum qui dicit
quod in diuinis omnia sunt unum preter
generacionem ingenitum et processionem
sed incarnacio non est aliquod horum ergo
si incarnatur conuenit cum persone
unde est quod conuenit alteri ¶ Item opera
trinitatis sunt indiuisa ergo op

quod conveniat uni persone non est
quod conveniat alteri. ergo si incarnacio
est opus dei impossibile est quod con-
veniat uni persone sine alia ¶ Item
incarnacio est opus recreacionis
sicut hominis formacio fuit opus
creacionis sed impossibile est hominem
formari ab una persona quod non ab
alia ergo impossibile est hominem refor-
mari ab una persona quod non ab alia
ergo una persona non potest incar-
nari sine alia ¶ Item perfectissi-
mo est deus in aliquo quod est per
unionem quam quod est per graciam inhabi-
tantem sed impossibile est unam personam
inhabitare in aliquo sine alia. ergo
impossibile est unam personam uniri car-
ni quod non una et alia ¶ Item
impossibile est filium venire in mentem
quin simul cum eo veniat pater et
filius et spiritus sanctus sicut dicitur
Joh. xiiij ad eum veniemus etc. ergo
impossibile est filium venire incarnatum
quin simul veniat pater et spiritus
sanctus. si ergo mitti incarnatum est
in carnari videtur etc. ¶ Item impossibile
est aliquid absolutum convenire uni
quod non alteri conveniat pro eo quod solum
relacionibus distinguuntur. ergo si esse incar-
natum vel esse hominem est predicatum
absolutum ergo impossibile est quod conveniat
uni quod non conveniat alteri. ergo una
persona non potest sine altera incar-
nari ¶ Contra Jo. i verbum caro
factum est. sed verbum sicut in primo libro
dictum est nominat proprietatem persone
ergo si attribuitur ipsi verbo incarna-
cio videtur quod alicui persone poterit
convenire proprie ¶ Item incarnari non
est aliud quam in carne mitti sed
mitti potest convenire uni persone sine
alia quia filius mittitur et nunquam
pater legitur esse missus ergo nec incar-
nari ¶ Item incarnacio est unio in
persona. ergo si alia est persona patris
alia filii videtur quod si unio fit in persona
una non sit necesse fieri in alia et
si unio potest fieri similiter et incar-
nacio ¶ Item quamvis una sit ve-
ritas patris et filii et spiritus sancti tamen
persona patris significari potest per aliud sig-
num quam persona filii vel spiritus sancti
sive loquamur de signo vocali sive re-
ali. sed quia racione signi potest copulari
uni persone sine aliis secundum signifi-
cacionem potest aliquid tandem copulari
secundum unionem vel plures. ergo si una persona
potest sine altera significari similiter potest
sine altera copulari etc. ¶ Respondeo dicendum
quod sine dubio una persona incarna-
ri potest ita quod non alia incarnetur
sicut operis evidencia manifestat
et racio huius est ista. Unio enim con-
tingit dupliciter comparari creaturam ad crea-
torem videlicet secundum susceptionem alicuius
complecionis et secundum similitudinem relacio-
nis. Una comparacio necessario respicit
tres personas indistincte et indivi-
sim pro eo quod in eis est una perfeccio
essencialis. comparacio vero secundum simili-
tudinem relacionis potest esse respectu alicuius
persone determinate et distincte pro eo
quod iste persone relacionibus distinguuntur
Similiter deus dupliciter comparatur ad
creaturam videlicet in racione principii
causantis et in racione suppositi substan-
tificantis. Prima comparacio necessario concer-
nit tres personas pro eo quod in deo uni

ta est natura et unita cum virtus
operativa per quam deus creaturas con-
cepit. Secunda vero comparacio potest respicere
aliquam personam distincte pro eo quod et
si una persona conveniat cum alia
in natura et eius virtute distinguuntur
tamen ab alia in supposito et personali pro-
prietate quam igitur in unione natura-
rum incarnacio per quam divina sit suppo-
situm sive ypostasis humane nature
ita quod unus sine incarnacio non tamen
dicit habitudinem dei ad creaturam per modum
cause immo eciam per modum suppositi. Ec-
ce propterea creature non dicit con-
paracionem solum quantum ad suscepcionem
completionis sed eciam quantum ad habitudinem
relacionis. Hic est quod incarnacio potest
convenire uni persone ita quod non con-
veniat alii. Unde raciones huiusmodi evidencius
concedende sunt. ¶ Ad secundum non quod obiciebatur
primo quod in divinis omnia sunt unum
ubi non obviat relacionis oppositio. Dicendum quod verum est
sed tamen dicitur quod incarnacio non est
aliquid horum. Dicendum quod et si non sit
aliquid horum tamen aliquid horum includit
includit enim intellectum personalis
distinctionis. Incarnacio enim est unio na-
ture ad unam divinam personam dis-
tinctam. ¶ Ad tercium quod obiciebatur quod indivi-
sa sunt trinitatis opera. Dicendum quod verum
est sed tamen dicitur quod incarnacio est
opus trinitatis. Dicendum quod incarnacio
secundum quod dicit operacionem est communis
tribus personis. Sed quia potest hoc
importat relacionem ideo uni persone sine
alia potest attribui et est exemplum
si tres puelle vestiunt unam ves-
tem una induenda est attribuens
non tamen tres induuntur sed una
earum simul tres persone operate sunt
incarnacionem et tamen una sola di-

vina incarnatur ¶ Ad illud quod obiciebatur
de opere incarnacionis et creacionis
Dicendum quod non est simile quia humana for-
macio dicit actum et operacionem tamen non
tamen relacionem ad personam et ideo communis est
tribus non sic est de incarnacione
¶ Ad quartum quod obicitur quod filius non potest esse
in aliquo per inhabitantem graciam quin non
sit tota trinitas. Dicendum quod non est
simile quia deum inhabitare in a-
liquo dicit effectum in creatura que
nata est esse a tota trinitate sed uni-
ri dicit respectum ad personam et hoc
potest esse ad unam personam sine alia
sicut prius ostensum est ¶ Ad illud
quod obiciebatur de missione in carnem
et mente. Dicendum quod non est simile quia
missio filii in mente solum est secundum
operacionem essencialem non secundum unio-
nem personalem non sic est de mis-
sione filii in carnem ¶ Ad quintum quod obi-
citur quod esse incarnatum est predicatum ab-
solutum. Dicendum quod quamvis sit predicatum
vocibus est tamen relacio intrinseca
et tamen relacionem implicate potest
alicui persone convenire distincte et
hoc patet quia nichil aliud est aliud in-
carnari quam filium sibi tamen uni-
re nichil aliud est deum esse et
hominem quam unam et eandem personam
et ypostasim divine et humane na-
ture.

Tercio queritur utrum persona una
possit simul uniri cum alia
assumendo unam et eandem naturam
uno et quod non videtur Anselmus in
libro cur deus homo capitulo 10 plures
persone nequeunt unum et eundem
hominem assumere quia tunc in una
persona sibi natura est ¶ Item si persone
plures uniuntur uni et eidem na-

aut ergo in unitate essentie aut in unitate suppositi. Non in unitate essentie non quia impossibile est creature et creatori convenire in una essentia. Non in unitate persone non quia tres persone in persona non conveniunt sed personaliter distinguuntur. Ergo videtur quod nullo modo plures persone possunt unum hominem accipere. ¶ Item unio divine nature ad humanam facit secundum Damascenum communicare propria ydiomata. Ergo si tres persone assumerent unum hominem ille homo esset pater et filius et spiritus sanctus. et econverso sequeretur propter communicationem ydiomatum quod pater esset filius et spiritus sanctus et econverso. et sic non tunc remaneret personalis distinctio. ¶ Item si tres persone assumerent unum et eundem hominem aut ergo unica unione aut pluribus. Si unica, ergo cum pater et filius et spiritus sanctus non conveniant nisi in essentia unio esset in aliquo essentiali quod est impossibile. Si pluribus ergo plures essent incarnationes. ¶ Sed impossibile est esse plures incarnationes respectu unius carnis quia incarnatio non habet multiplicationem nisi ratione carnis. Ergo pari ratione non multiplicatur nisi ratione carnis. Ergo nec pluribus incarnationibus nec unica plures persone possent assumere unam et eandem naturam. ¶ Sed contra humana natura ydoneitatem habet ad hoc ut assumatur a persona in quantum est ymago. Sed una et eadem anima est ymago trium personarum simul et semel. Ergo videtur quod a tribus personis posset simul et semel assumi. ¶ Item una persona potest assumere plures naturas et nichil impedit quin quod dei filius possit assumere unam aliam humanitatem cum

actuatus non sit ad illam singulariter naturam quam assumpsit. Ergo pari ratione videtur quod plures persone possunt assumere unam et eandem naturam cum ita possent plures persone per unam naturam sicut persona una in plures naturas. ¶ Item quamvis secundum consortium non sit plures persone divine conveniunt pariter in una substantia et essentia simpliciter una. Ergo pari ratione convenire possunt in una natura per unionem contractam. Ergo plures persone possunt unam et eandem naturam assumere. ¶ Item aut una natura que assumitur ab una persona potest assumi ab alia aut non. Si sic habetur propositum. Si non quero quid impedit cum non sit ibi nisi natura creata et persona divina. Aut ergo impeditur ex parte nature create aut ex parte persone divine. Sed ex parte nature create non potest quia illa subiacet omnino potestati divine persone. Ex parte divine persone non quia inter divinas personas nulla est resistentia nec est repugnantia quod una aliam contradicat et una sit cum alia. Ergo sicut nullum est impedimentum videtur simpliciter quod plures persone possunt hominem unum assumere. ¶ Respondeo dicendum quod sicut dicit Anselmus plures persone non possunt unum et eundem hominem assumere non propter defectum potentie sed propter repugnantiam contrarie implicationis. Si enim plures persone assumerent unum hominem ad unitatem talem que facit communicationem ydiomatum. Ergo aut assumerent in unitate in qua est unitas que se tenet ex parte assumentis aut assumpti. Si in unitate que quidem se tenet ex parte assumentis, cum ex parte assumentis non sit reperire nisi unitatem personalem et unitatem essentialem, tunc plures persone

assumerent unam naturam in unitate
essencie vel unitate persone sed utro-
que horum simpliciter est impossibile ergo plures
persone divine non possunt convenire in una
persona nec in una necessitate et etiam ipse
sunt tres in una natura. Si
aut assumerent in unitate que qui-
dem se tenet ex parte assumpti tamen
illa sit unitas individualis as-
sumerent ergo in unitate individui sed i-
dem hoc est impossibile quia assumens
non trahitur ad unitatem assumpti sed
potius trahit assumptum ad unita-
tem suppositi. Nam assumere est ad se su-
mere et sic patet quod si dicat tres per-
sonas assumere unam et eandem humanam
omnibus modis implicat contradictionem sive
intelligatur quod assumptio fiat in unitate
nature sive in unitate persone. Nam si
sit talis assumptio in unitate na-
ture ergo divina natura et humana
constituunt unam naturam ergo non est distinc-
tio assumentis ad assumptum ergo nec
assumptio nova. Si aut sit assumptio
in unitate persone ergo plures per-
geminant in una persona ergo plures
persone non sunt plures persone.
Si aut sit assumptio in unitatem
individui tunc illa unitas non se
tenet ex parte assumentis sed assump-
ti. assumens non assumit naturam
aliam ad suppositi unitatem ergo non as-
sumit ad se sed ad aliud et si non
assumit ad se non assumit assump-
tio quod in unitate individui ideo
est assumere non et ipse sicut nunc
loquimur de assumptione. Dicere igitur contradictionem
implicat plures personas assu-
mere unam et eandem naturam non est
possibile nec est intelligibile. Rationes igitur
que videntur sunt que ad. Ad primum

quod obicitur in contrarium quod una anima est
ymago trinitatis. Dicendum quod ymago de ratione
sui dicat expressam representationem non
secundum totum illud quod ymago est sed
secundum aliquid sui. Unio aut que
quidem est in persona in incarnatione
tota humana natura in assumpta
et secundum totum facit unum divine per-
sone quod tota substantificatur in una
tantum in una persona ypostasi non est
aut inconveniens quod aliquid representet
plures personas sed differentes proprie-
tates et de persona, inconveniens aut
est quod unum et idem uniatur pluribus
personis in persone unitate et ideo non
sequitur quod si una anima possit esse
ymago trinitatis quod simul et semel pos-
sit uniri tribus personis. Ad
illud quod obicitur quod una persona sit assu-
mere plures naturas ergo similiter plures
persone unam naturam. Dicendum quod hoc est
simile quia cum unio illa incarna-
tionis fiat in unitate persone non
in unitate nature pluralitas naturarum
non sit repugnat unioni in-
carnationis sicut pluralitas per-
sonarum. Ad illud quod obicitur quod plures
persone possunt convenire in eadem
essencia sive natura etc. Dicendum quod non
est simile quia unitas personarum
in una substantia dicat convenientiam in natura
convenientia aut in natura non repug-
nat distinctioni in persona sic nec
econtra diversitas in natura repugnat u-
nitati in persona. Sed unio graciam
ta non dicit convenientiam in natura
sed in persona et ideo pluralitas
personarum repugnat unitati unio-
nis et propterea ratio predicta non tenet
quia non est simile hinc inde. Ad
illud quod queritur quod impediat. Dicendum quod nec

persona impedit per se nec una hu-
mana per se. sed modus unionis
qua eius divina natura unitur conduc-
it in unitatem persone in composito est id
quod in illa unione sit unitas com-
posite componentium et pluralitas componen-
tium. In quo attendi illa unio
non sicut est in composito quod plures
persone sunt una persona non propter
repugnantiam partium sed propter inclusionem
duorum oppositorum sic et impossibile est
intellectu. Hec autem dicta sunt de incar-
natione ipsa secundum eum modum secundum
que facit ydiomatum communicationem.
Per quem modum filius dei factus est homo
et isto modo impossibile est intelligere plures
personas assumere unum et eundem
hominem sicut audet Anselmus et os-
tendunt rationes premisse. Sed tamen
non concluditur omnis alius modus
assumptionis. quia tamen multa pos-
sit deus facere que intellectus hu-
manus non potest capere quis audebit as-
serere quod tres persone non possunt unum
et eundem hominem assumere. nichil
enim videtur impedire quin tres persone
possint per quendam id efficere. ut sic
per unum sive singularis natura in tri-
bus illa natura sit posita et omnino obe-
diens respectu singularum personarum [illegible]
et pro tanto voluit aliqui dicere non
inconvenienter quod potuerunt tres persone
assumere unum hominem in unitate
individui quia si convenienter in-
telligatur satis convenienter potest susti-
neri nec repugnat verbo Anselmi
nec in hiis que predicta sunt non
enim volunt dicere quod illa assumpcio
terminaretur ad unitatem individualem
composite assumentis. sed quod tres persone
si unum hominem assumerent essent
unus homo ita quod in illis tribus personis

esset quedam unitas simul naturaliter as-
sumpte non unitas persone quod quid-
dam sit dictum istud pro indubitanter ti-
hendum est quod non assumendo predicto
impossibile est unum et eundem hominem
assumere propter implicationem contradictionis
implicite quia sequeretur quod filius
esset pater

Quarto queritur utrum quelibet trium
personarum possit incarnari
per se separatim et quod sic videtur. Tum dis-
tat creatura a persona filii quantum a
persona patris et spiritus sancti. igitur qua ratione per-
sona filii incarnari potuit distantia non
impediente eadem ratione videtur quod
eadem persona patris et spiritus sancti. ¶ Item pos-
se incarnari spectat ad dignitatem
aliquin non conveniret filio. sed quidquid
potest filius ad dignitatem potest et pater tan-
tum posse sicut filius a patre. ergo
si persona filii potest incarnari et
carnem sibi assumere videtur quod hoc pos-
sit et pater consimili ratione ¶ Item ad in-
carnationem sufficeret secundum quosdam communica-
bilia et unitas in persona et in-
[illegible] impossibile quod persona illa [illegible]
sed natura patris ita est unibilis hu-
manitati filii cum sit una et eadem et
persona patris ita est una sicut et per-
sona filii et patris in [illegible] ergo etc. ¶ Item
si persona filii potest incarnari aut
eo ipso quo est filius. aut eo ipso
quo est persona. non eo ipso quo est
filius quia filius solum dicit relationem ad
patrem non ad creaturam ergo si potest
incarnari eo ipso quo est persona
divina. ergo cum pater et spiritus sanctus sit persona divina
sequitur necessario quod persona patris et spiritus sancti
ita possit incarnari sicut persona filii
¶ Contra si persona patris vel spiritus sancti in-
carnaretur tunc duo essent filii in tri-
nitate. sed hoc est inconveniens quia aut

D

in geneȝ sicut dicit Augustinus in libro
Cur deus homo apud deum est impossibile
ergo videtur similiter esse impossibile personam
patris incarnari vel spiritus sancti. ¶ Item in
carnari non est aliud quam in carnem
mitti sicut vult Augustinus sed im
possibile est patrem mitti cum non ha
beat aliud a quo sit ergo impossibile est
patrem incarnari ¶ Item quod est
proprium unius persone impossibile est alteri
convenire. sed incarnari est proprium
filii et sibi soli convenit ergo impossibile
est quod alteri persone conveniat ¶ Item
maiorem convenientiam habet natura as
sumpta ambobus cum aliis personis quam
alia natura que non est assumpta
ergo si alie persone non possunt illam
naturam assumere que assumpta est
ambobus videtur quod nec aliquam aliam
sed illam non possunt assumere sicut in
precedentibus monstratum est. ergo vi
detur quod nullam aliam assumere valeant
¶ Responsio dicendum ad petitionem intelligentiam
notandum quod aliqui voluerunt dicere quod
nulla persona incarnari potuit
nisi persona filii et tamen hinc assignant
¶ Quia si alia persona incarnaretur
nasceretur quedam trinitatis confusio
dum plures in trinitate filii dicerentur.
¶ Nasceretur etiam quedam equalitatis
diminutio dum duo filii essent in trini
tate quorum unus haberet excellen
tiore voluntate quam alius. ¶ Nasceretur etiam
quedam oppositorum indistinctio quia
tunc unus et idem filius genitus
et ingenitus diceretur si pater incar
naretur cum haberet omnia sunt inconveni
entia quia nichil ingenitus potest poni
in divinis et tamen divinis. ideo dixerunt quod
nulla alia persona preter filii potuit
incarnari non propter defectum potentie
sed propter dignitatem persone que non ad

mittit aliquid indecens tamen opus
sunt sed hec videantur in hac parte
sequi beatum Augustinum ipsum tamen videtur
non sequuntur propter quod nec Augustinus
vult hoc dicere esse impossibile apud
deum aliam personam a filio incarna
ri sed vult hic ostendere quod non est ita de
cens de alia persona sicut de persona
filii et hoc verum est sicut melius vi
debitur. ¶ Quod autem pater et spiritus sanctus incar
nari possint absque aliqua repug
nantia. planum est posset enim for
mare corpus quod sibi uniret de
genere humano non persona quoniam
sic formavit corpus eve que non
dicitur esse filia ade ¶ Preterea esto quod alia
persona assumpsisset carnem de virgine
sicut assumpsit verbum adhoc non
esset ibi confusio nec equalitatis
diminutio sed verum quamquam cognoscitur nulla
fieret trinitatis aut personas divinas
nulla enim est confusio quod nos
credimus quod unus et idem est tem
poralis et eternus in mortalis et mor
talis in mensus et circumscriptus nulla
etiam est in genus. tamen dicimus filium
esse equalem patri et minorem patre secundum
secundum naturam diversitatem et ideo
concedendum est sicut magister dicit
in libro quod quelibet trium personarum sit
et potuit incarnari ¶ Ad illud ergo
quod primo obicitur in contrarium quod si pater in
carnaretur quod tunc duo essent filii
dicendum quod ista ratio procedit hoc supposito quod
deus non possit aliter assumere car
nem quam assumeret de muliere tamen
quam commatre. hoc autem falsum est quia
aliter posset deus carnem sibi assu
mere si sibi placeret ¶ Preterea esto quod alia
persona assumpsisset carnem de virgine
et esset filius virginis hec in nullo
derogaret deo quia nichil perderet

ubi dicitur persona et ideo si e incon-
veniens hoc est solum propter iniuriam re-
putationis et donationis. Sed ante
dicit Anselmus quod quotcumque minimum in-
conveniens in deo est impossibile. Dicendum
quod hoc intelligitur de eo quod est in-
conveniens in deo simpliciter et tale
est inconveniens quod nullo modo potest
esse in conveniens et ideo est impossibile.
De eo autem non habet veritatem quod est
inconveniens secundum iniuriam estima-
tionem quia deus possit facere
illud conveniens unde sicut etiam
dicimus de aliquo malo quod potest deus
facere illud pro eo quod illud potest bene
fieri. sicut est malum ipse de ali-
quo non quod est simpliciter malum
quod nullo modo potest bene fieri. Sic etiam
in proposito intelligendum cum dicitur
quod quolibet inconveniens in deo est im-
possibile. Ad illud quod obicitur quod incar-
natio non est aliud quam unitas
nature unitas. Dicendum quod unitas est prout
incarnatio dicitur de filio secundum incarna-
tionem simpliciter primo intellectam qualiter non
dicit plus quam unio tamen in
unitate persone et quamvis persona
plus non possit unita potest tamen
unire et ideo ratio illa non tenet.
Pro eo quod procedit abusione ad propriis
dispositionis. Ad illud quod obicitur quod in-
carnari est proprium filii. Dicendum quod
sicut petrus sit unicus filius
pauli. esse filium pauli est proprium
petri. non quia non possit conve-
nire alii. sed quia non convenit
alii. Sic etiam in proposito intel-
ligendum quod incarnari dicitur esse proprium
persone filii non quia alia persona
non possit carnem unire. sed quia
nulla alia persona actualiter unitur
carni a persona filii. Ad illud quod

obicitur quod non assumpta videbitur plus
convenit cum aliis personis quam non
assumpta. Dicendum quod sicut in precedentibus
dictum est et si plus conveniat natura
talis cum aliis personis. ratione con-
venientie et dignitatis quam convenit
et convenientia ordinis quia tamen sit
actualiter a persona ubi assumpta non
habet possibilitatem ad ulteriorem assumptionem
non sic autem est de natura que assump-
ta non est et propter ea illa ratio non procedit

Consequenter queritur de secundo principali. Arti 29
videlicet de incarnatione ubi queritur
tum ad dignitatem et circa hoc queruntur
iiii^or. Primo queritur utrum in opere in-
carnationis sit debita convenien-
tia. Secundo que sit incarnationis
ratio propria. Tertio que sit pro-
natura tunc ad incarnationem magis
idonea. Quarto queritur que hora
temporis magis fuit congrua.

Circa primum sic proceditur et queritur
utrum in opere incarnationis
sit debita convenientia. Quod sic videtur
et quod sit vide. Infinita potentia sapientia
et bonitas debet se perfecte manifes-
tare sed non potest perfecte se ma-
nifestare nisi per effectum aliquo modo
infinitum. nichil autem est infinitum
actu. nisi solus deus. ergo ad hoc
quod divine potentie sapientie et bonitatis
infinitas manifestetur. bonum fuit
aliquem effectum fieri tamen attribuerit et
deum et quod est bonum infinitum sed hoc
fuit cum deus unitus est carni
ergo incarnatus est ergo etc. Item
perfectissimum agens debet producere alium
primum ad statum et complementum. Sed
status et complementum rerum est coniunc-
tio primi cum ultimo primum autem per quod
facta sunt omnia est ille pure deus

D

ultimum autem in operibus est homo.
ergo ad hoc quod perfectio esset operacionis praecedentis
perfecta postremo congruebat quod divina natura
uniretur cum humana. Item congruit
pluralitatem naturarum reperiri in una persona
sed quod una natura reperiatur in pluribus
personis nullo modo multiplicata hoc spec-
tat ad dignitatem divine nature. ergo
pari racione quod una persona in tribus
naturis vel substanciis nullo modo
subsistat composita hoc spectat ad dig-
nitatem persone. Sed omnes proprietates dig-
nitatis proprie congruunt divine persone
ergo valde congruum est quod persona di-
vina. unde habeat tres naturas. hoc autem
fit per sacramentum incarnacionis
ergo videtur quod in incarnacione fuerit de-
bita congruencia. ¶ Item decet largis-
simum remuneratorem diligentes se re-
munerare perfecte. Sed homo qui est ama-
tor dei non beatificatur perfecte nisi in
ipso deo qui est tota merces. nec
beatificatur perfecte nisi totaliter beatificetur
et ex parte corporis et ex parte anime et
ex parte sensus exterioris et ex parte sensus inte-
rioris. sensus autem exterior non potest
beatificari nisi in re corporali. ergo cum
deceat divinum perfecte hominem beatificare et
deus beatificat hominem in se ipso. dan-
do se ipsum. decebat eum habere natu-
ram non solum spiritualem sed etiam corporalem et
hoc est per incarnacionem ¶ Item decebat
divinum hominem qui infinitaliter peccaverat
sibi reconciliare. Sed ubi est conveni-
ens reconciliacio illic convenit esse re-
conciliatorem et mediatorem. mediator
autem debet cum utroque extremorum con-
venire. hoc autem non est nisi per unio-
nem divine nature et humane in uni-
tate persone ergo videtur quod opus incar-
nacionis maxime congruum fuit pie-
tati divine ¶ Sed contra quod nichil quod spectat
ad contemptum et abieccionem decet sum-
mam maiestatem. Sed carnem assumere
que est de limo formata est contemptibile
ergo videtur quod hoc nullomodo decebat
divinam maiestatem ¶ Item sicut vitu-
perabilis est nimia elacio ita vitu-
perabilis est nimia deieccio. Sed tan-
ta est deieccio cum deus sit ho-
mo quanta est elacio cum homo appe-
tit esse deus ergo ita vituperabilis
est una sicut et altera. si ergo
nichil quod est vituperabile decet divinam
patet racio ¶ Item nullo modo decet sapien-
tissimum conditorem facere aliquid
contra terminos quos sibi statuat
primam. ergo cum omnis creatura quan-
tum est de natura creacionis ipsa sit infi-
nitum a deo. et intra terminos cre-
ature videtur quod nullo modo congruat quod
deus faciat creaturam divinam esse
ergo non videtur opus incarnacionis
sibi congruere per quod dicitur hominem deum
esse ¶ Item nomen quod est simpliciter ac
nomen est unius soli nature conveniens
ergo non videtur quod congruat deo tale
nomen creature communicare. ergo non
videtur quod congruat sibi hominem in
unitatem persone assumere ¶ Item quicumque
adorat deum in sculptura ymagine
facit deo iniuriam. ergo pari racione qui
credit divinum habere humanam effigiem
iniuriatur divine nature. ergo non
videtur quod congruat divine nature in-
carnari sive humanari. propter hunc modum
conveniunt argumenti ab infidelibus
¶ Respondeo dicendum quod absque dubio congruum fuit
et divinum decuit incarnari. et hoc
propter summe potencie sapiencie et bonitatis
convenientem manifestacionem quod quidem

facta est i humanam generis assumpta
congruum etiam fuit xpi dominorum opum
excellentie consumacione que quidem facta
est tunc ultimum quietum est p᷑o
illi enim est perfectionis consumatio sic
appȝ in titulo qui est perfectissima
figurarum quia etiam ad eam productam
finiunt a quo incipit. Decebat
etiam xpe sui habundantie pietatis salute
ad liberacionem hominis capti quia so-
la persona diuina erat que ... da-
bat tam humano genere. Postremo
decebat etiam xpe effluentie hominis
glorificacionem ut ubi tendimus inueni-
ret homo in deo pastura intus
unde et pastura exterius ipse per
quod opus incarnacionis multum
quidem per omnem modum deo congruebit
et quidem ad eius infinitatem et quan-
tum ad perfectionem et quantum ad pietatem
et quantum ad liberalitatem. Ad i
finitatem in se ipso ad perfectionem in o
perando ad pietatem in liberando et
quantum ad liberalitatem in remunerando
deo Concedendum sunt quod rationes osten-
dentes sacramentum incarnacionis
deo competere. Ad illud ergo quod obicitur
in contrarium quod non decet diuinam ma
iestatem humiliari dicendum quod dei humiliatio
potest intelligi dupliciter aut in se aut in
natura sibi uniti. In se quidem tunc
sit omnino invariabiles non potest humi-
liari nec potest exaltari. Natura autem
sibi uniti potest humiliari ad maiorem
manifestacionem sue altitudinis sicut
potest infirmari ad maiorem manifes
tacionem sue fortitudinis. Unde hoc enim quod
Non deus carnem humilem et infirmam
assumpsit sublissimum dyadema decebat
humilitatem humiliter exaltauit fortis
simum ad diuinitatem constrigit. Nam
infirmum stabiliter et infirmum eminenter facta
est manifestacio potestatis et sapientie. Unde enim
quod infirmum est dei potentius est omnibus
hominibus et quod stultum est dei sapientius
est omnibus hominibus et etiam demonibus
planum est quod eius potentia et excellentia
et sapientia super excellunt omnia in in-
finitum et ideo si incarnacionis opus
ipse non uideat facit ad diuine ma
nifestacionis honore. Sed ideo apparuit
ad ... ad quod est facit elegantissime
et ideo hereticis et infidelibus creatis re
latum est sacramentum incarnacionis
dubiis opus incarnacionis facere
ad diuine maiestatis ignominiam tunc compositum
faciat ad excellentiam gloriam. Ad illud
quod obicitur quod nimia fuit illa humilitas. Di-
ceri potest ut dictum est quod diuina natura
non fuit humiliata aliqua deiectione
sed tunc creata apparet esse diu in
flata fuit aliqua elacione et ideo
nimietas ista propter ista non sonat
i uicium sicut propter ista. Quod vero
defecit sillogismo quia commixtio que
facta est in assumpcione humane non
fuit ex excessu caritatis et amoris
sed eleuacionis quia homo voluit deo
assimilari. Fuit ex excessu presumpcionis
et quia nimietas presumpcionis et ela-
cionis vituperabilis est et nimietas
dilectionis in summo deo laus est hinc
est quod commixtio prima non fuit vi-
tuperabilis sed laudabilis. Sicut vituperabilis
fuit elacio primi parentis procedebat enim
commixtio caritate de qua super dictum
est in auctoritate Deus xpe nimia ca
ritate qua dilexit nos etc. Ad id
quod obicitur quod non decet creaturam talem co
niungi suos dicendum quod creata in corpore
remanet inter terminos creature tam
tum persone in qua substantificatur hec

Diuine mani-
festacio

No

creationis predicte et principat no
men aliud pro eo quod illa unio fuerat
creationis predicte filius spiritualibus
assumpta et assumentis et per hoc patet
visio ad sequens quod obicit de commu
nicatione nominis [illegible] quia
deus nec nomine nec [illegible]
[illegible] alii unius eius idem qui est
Christus qui est homo et deus unde
cum nomine divinitatis attribuitur homini
hoc est ratione divine ypostasis similiter intel
ligendum est de honore latrie sicut in
ferius apparebit ¶ Ad illud quod obicitur
quod deo fiat iniuria qui credit ip
sum habere effigiem dicendum quod verum est quod
credit ipsum habere effigiem in propria
natura quia talis credit ipsum esse
quia corporeum tamen ipse sit spiritus no
bilissimus incarnacio autem non facit
eum habere in se effigiem set unum ei quod
habet effigiem salva integritate deitatis
spiritualitate et nobilitate. Cum igitur sit
sicut dicitur incarnacio tamen nichil
detrahat eius nobilitati et perfectioni et
multum addat exaltacionis et digni
tatis quod humano non tam derogat
deo set cedit dei bonitate multum com
mendat et ex dei bonitate quidam
ipse dicunt dignissimum quod hoc negat

Secundo queritur que fuit in car
nacionis racio propria et quod
humani generis redempcio ostenditur ad
Gal. iiii. cum venit ergo plenitudo
temporis misit deus filium suum fac
tum ex muliere f. s. le. u. f. q. f. le. erat
redimeret. Si igitur apostolus principalem
assignat racionem missionis filii dei
in carne videtur quod ista redempcio
sit causa incarnacionis racio propria.
Si tu dicas quod hoc non dicat apostolus
tamquam principalem tamen obicitur hoc

illud quod dicit idem apostolus Hebr. ii.
loquens de Christo ipse similiter participavit
eisdem ut per mortem destrueret etc. et
post unquam enim angelos apprehen
dit. Hoc principaliter ut homines
purificaret et liberaret et certe hec causa
ponitur quia non est eos liberaturus
non eos participaret quam in angelis
apparet quia nusquam angelos apprehe
dit. Si ergo quo posito ponitur et quo
remoto removetur assignat tamquam causa
principalis et propria videtur quod principalis
motiva [illegible] fuit per reparacionem ge
neris humani. ¶ Item in libro de Incarna
cionis in lumine [illegible] glo. August.
sic manet homo in eo quod deus
fecit si enim manet in eo quod deus
fecit non vivus Christus est quod deus
genuit igitur si homo stetisset incar
nacio facta non fuisset igitur incarna
cionis racio propria videtur esse hominis
reparacio. ¶ Item Aug. super Jo. tractatus
tamen illud Jo. vi. ecce qui amas
infirmatur. Si periret humanum genus non
amaret ad eum de celo non descen
deret. ergo videtur quod propria racio in
carnacionis fuit liberacio peccatoris.
¶ Item si deus assumpsit humanam
naturam aut hoc fuit propter humanam
dignitatem aut hoc fuit propter hu
manam necessitatem si propter dignita
tem cum dignior sit angelica quam
humana magis debuit assumere
angelicam. Si propter necessitatem et ne
cessitas indigentie non sit nisi
propter peccatum. videtur quod propria racio
fuit quod hominem assumpsit redempcio
generis humani ¶ Item opus incar
nacionis fuit maximum quod deus
homo maxime tenetur ad graciarum ac
cione et magis tenetur homo esse gra
tus deo et maior sit ei gracia

quod aliquod beneficium prestatur sibi quod
indignus est iniustum iniquo in
dignus est et penis liberatione
quam si alias esset prestandum ergo
si homo lapsus plus beneficio in
carnationis est maxime deo ob
noxius videtur quod si ipse non esset
lapsus ipse non esset incarnatus
nec tantorum beneficium esset sibi presti
tum. principalis ergo ratio incarnationis
videtur esse redemptio generis humani
¶ Sed contra Augustinus de spiritu et anima
totum hominem assumpsit ut totum
beatificaret. sed homo debebat totus
beatificari et ita plene beatificari si
non esset lapsus sicut si esset
lapsus. ergo si homo non esset lap
sus deus esset incarnatus. ergo
non videtur quod principalis ratio incar
nationis sit liberatio generis humani
¶ Item super illud Hebr. Nusquam ange
los apprehendit. glossa non angelice
nature data est hec dignitas ut ei
persona divina iungeretur. si igitur hec
dignitas data fuit nature hu
mane et humane nature nichil
datum est frustra ergo si non peccasset
talis dignitas non remaneret va
cua. ergo ad hoc iungeretur cum divina
natura ergo liberatio generis humani non
est ratio principalis ¶ Item ita de
bebat deum manifestare sua infi
nitate et potentiam et liberalitatem
si homo stetisset sicut si lapsus
esset. ergo si omnia ista fiunt in opere
incarnationis videtur quod incarnatio
fuisset et si homo lapsus non
fuisset et ita idem [illegible] prius ¶ Item
tante nobilitatis et difficultatis est
vendicare sive adquirere sibi infi
nitum bonum sicut satisfacere pro

offensa que est contra bonum infini
tum. si ergo homo non potuit sa
tisfacere per se de offensa qua offen
dit deum sic nec per se potest mereri bo
num. ergo sicut optimum fuit filium dei
incarnari homine cadente ut pro
homine satisfaceret sic videtur quod optimum
non fuit filium dei incarnari homine
stante ut homo premium mereri posset
¶ Item que salutem nostre actionem possunt
introducta sunt conveniunt adiunctionem
principaliter sed ordinaliter. ergo si incarnatio
facta est principaliter propter reparationem anime
nostre facta est non principaliter intentione
sed quadam ordinatione. Si ergo in
genere est nobilius creatura ra
tionalis esse introducta cum agens
principaliter intendat opera nobiliora videtur
quod in genere sic dicere incarnationem
factam esse propter hominis reparationem ¶ Ideo
incarnatione filii dei humana natu
ra plurimum est exaltata. si ergo deus in
carnatur ex hoc quod humana natura peccavit
videtur quod homo recepit quodammodo de ma
lo. igitur si homo non deberet divinum recipere
bonum. patet ergo ¶ Item Christus est caput
ecclesie non solum secundum divinam naturam
sed humanam sicut dicit Augustinus super Jo
sed si homo non peccasset ad hoc esset
corpus ecclesie igitur non dei filius incar
naretur vel corpus ecclesie remaneret a
cephalum. igitur si illud est impossibile re
stat quod deus incarnaretur si homo non
non peccasset ergo idem quod prius ¶ Item
si homo lapsus non fuisset nichilominus
omnino fuisset sacramentum matrimonii
Si igitur sacramentum matrimonii in quantum
sacramentum significat sive signat con
iunctionem Christi et ecclesie quantum ad naturarum
unionem que est inseparabilis ut dicit Ephes

u. hoc sacramentum magnum est ergo aut dicitur in christo et in ecclesia ergo si homo stetisset aut sacramentum matrimonii in esset filius aut filius dei esset incarnatus. sed secundum est impossibile ergo restat primum.

¶ Item quadruplex est modus educendi hominem in esse. contingit enim hominem educi de viro et muliere quemadmodum educi sine viro et muliere quemadmodum educta de muliere viro sine muliere. et de muliere sine viro. Sed tres istorum modorum fuissent si homo stetisset sicut planum est. ergo videtur quod et quartus fuisset quo eductus est de sola muliere sed hic quartus est in incarnatione ergo si homo stetisset incarnatus fuisset. aut si non. tunc unus modus productionis hominis defuisset et sic universi perfectio non fuisset. et hoc est maius inconveniens dicit enim Augustinus quod universitatis est tanta perfectio quod nemo potest recto ingressu venerabilius aliquid invenire vel venerabilius aliquid addere. sicut etiam ipse dicit in libro de libero arbitrio quod nichil potest intellectus in intellectu quod subterfugerit illa summa ars. ¶ Responsio ad secundorum intelligentiam est notandum quod circa hoc duplex est magistrorum opinio. ¶ Quidam enim dicere voluerunt quod de incarnatione est loqui dupliciter. est enim incarnatio carnis assumptio vel de carne aut assumpta est loqui dicitur aut quantum ad substantiam aut quantum ad defectum passibilitatis. ¶ Si fiat sermo de ipsa quantum ad defectum passibilitatis et mortalitatis mortalitatis dicunt quod incarnationis ratio propria fuit humani generis redemptio. nam cum homo peccasset et lapsus et redimendus esset christus carnem mortalem non assumpsisset. ¶ Si vero loqui de incarnatione secundum quod dicit assumptionem humane nature loquendo simpliciter dixerunt quod propria ratio incarnationis non est liberatio generis humani. quia etiam si homo non peccasset christus incarnatus fuisset. sed huius ratio est perfectio in triplici fungens de dignitate illius operis incarnationis. enim facit ad perfectionem hominis et proprius ad perfectionem totius universi in hoc quod complet et complementum dat humano generi secundum id quod respicit naturam. et secundum id quod respicit gratiam et secundum id quod respicit gloriam. secundum id quod respicit naturam quia in incarnatione est consummatio modorum educendi hominem in esse. est etiam consummatio in operatione ad perfectionem agentis in hoc quod in incarnatione homo qui est ultimus coniungitur cum suo principio immediate qua sublimior nulla est maior. ¶ Facit etiam ad perfectionem hominis quantum ad id quod respicit gratiam quia in incarnatione assumpsit christus humanam naturam vere cum plene habet esse caput totius ecclesie cum corporis membra uniri habent vere caritatis et gratie et similiter hoc facit ad perfectionem vita quia omnia vita pendent et meliorantur vincto christo. ¶ Facit etiam ad perfectionem glorie in eo quod homo in deo suo inveniet pascua quantum ad potentiam corporalem et quantum ad potentiam spiritualem sive ingrediatur sive egrediatur quod non fieret si deus non esset incarnatus. completus etiam est totus humane appetitus. dico per opus incarnationis nobilissima ydoneitas que erat in humana natura secundum quam inerat idonee ad actum perfectum reducatur et ideo hinc multe perfectiones que surgit propter incarnationem congruum fuit

Dei incarnari et quia hic incorporatio
perfecto non tunc respiciat statum nature
lapse primo et respiciat statum nature
bene institute. Ideo si homo lapsus
non fuisset nichilominus deus incarnatus
esset quia ita competebat homini per-
fectum esse et secundum naturam et secundum
gratiam et secundum gloriam. sicut si esset
in statu lapso et quod deus non amplius
et secundum istam opinionem et qui hanc
opinionem ferunt concedunt rationes
que adducunt pro tercia inducunt. Rationes
non ad oppositum et auctoritates pro hoc
effingunt quia dicit eos intelligi secundum
quod incarnacio dicitur carnis mortalis
et passibilis assumpcio. loquitur enim scrip-
tura et sancti de incarnatione secundum
eum modum qui fuit post lapsum
non secundum eum modum qui fuisset
homine persistente in statu innocentie.
¶ Aliorum opinio fuit etiam quod precipua
racio incarnacionis est reparacio huma-
ni generis quamvis alie multe sint rationes
convenientie. secundum hunc modum ista enim est
precipua racio eius. quia nisi genus
humanum fuisset lapsum verbum dei non
fuisset incarnatum et racio huius est
quia incarnacio dei est super excellen-
tis dignacionis. et ideo cum sit illa qua
deus excessus non fuisset introductio
incarnacionis misterium nisi precessisset
actus offendens propter quem contingeret et res-
taurandus. unde nisi deus omnem suam
perdidisset non decebat ad terram descen-
disset. ¶ Duorum autem horum modorum quis me-
lior sit novit iste qui pro nobis in-
carnatus est vel incarnari digna-
tus est. quis autem horum alteri preponen-
dus sit difficile est videre. probabile quod uterque
modus catholicus est et animis catholico-

rum sustinetur. utrumque etiam modum concitat
devocionem secundum diversas
consideraciones. Videtur autem primus modus
magis consonare iudicio racionis. secundum
tamen ut apparet plus consonat pietati
fidei. ¶ Primo quia auctoritatibus sanctorum
et sacre scripture magis concordat. na-
tam non. quia ut dicit Anselmus de filii dei
descensu loquitur humani generis libera-
cionem reddunt quod patet per singula
discurrendo. Bernardus etiam hic dicit sicut
patet in auctoribus prescriptis. et ideo si di-
vina eloquia nobilissima et pre-
cipua incarnacionis causam assignant
et michi etiam a nobis dicendum est prop-
ter que nobis consonans eloquiis cla-
mentur magis videtur pietati fidei con-
sonum quod precipua incarnacionis ra-
tio sit liberacio humani generis quam aliud sen-
tire. et hoc aperte dicit Augustinus in libro
de verbis apostoli sermone 8 tractans illud
Luc. xix. Venit enim filius hominis
salvum facere quod perierat. si homo non
periisset filius hominis non venisset et com-
pletius idem tractans, id est Christus venit
in hunc mundum peccatores salvos facere nullam
aliam causam nisi peccatores salvos facere et inde
plura dicit ad hoc pertinentia et in
illa oratione que incipit exsultet angelica
que dicitur esse Augustini hic ipse legitur ex-
pressissime. Ad hoc etiam concordant
verba Bernardi et glosa super dictum locum
epistole ad Timotheum. ¶ Secundo quia ille secundus
modus magis concordat pietati
fidei quia deum magis honorificat
quam precedens. Nam precedens dicit
quod deum conveniebat incarnari ad per-
fectionem universitatis et ita quodam mo-
do deum infra perfectionem universi concludit
et quandam necessitatem incarnacionis po-
nit ei. cum dicat opera eius ad perfectionem

o

non p(er)dunt. Sic aut(em) modus d(icen)di
tum dicat q(uod) in incarnacionis miste-
rio est supra omnem p(ro)stinen-
ponit x(ristu)m esse sup(er) omnem per-
fectionem universitatis sive q(uan)tu(m) ad
naturam sive q(uan)tu(m) ad gr(aci)am si-
ve q(uan)tu(m) ad gl(ori)am et in hoc bene
facit quia sicut dicit p(hilosoph)us in p(ri)-
mo p(hysi)ce Deus sup(er) omnem uni-
v(er)si ordine(m) ponendus est sicut
n(on) dici(tur) esse dux de exercitu s(ed) sup(er)
ex(er)citum. Item iste mo(dus) d(icen)di incarna-
tionis misterium magis commendat
tum dicat h(oc) misterium tam esse q(uod)
non debuit fieri nisi ex maxima
causa ut pote p(ro)p(ter) placandu(m) ira(m)
divina(m) et restaura(n)d(u)m omnia sive
que in celis sunt sive que in terra.
et ideo dicit q(uod) tu(m) misterium non
fuisset introductum n(isi) p(re)cessisset lap-
sus nobil(issi)me creature et offensio
maiestatis divine. Item conarto etiam
fidele affectu(m) magis inflamat pl(us)
eius excitat devotionem anime fidel(is)
q(uod) deus sit incarnatus ad delen-
da scelera qui(m) p(ro)p(ter) co(n)summatio(n)e(m) oper(is)
inchoati. Quod igi(tur) h(ic) modus d(icen)di
et si non videat(ur) esse ita s(u)btilis
sicut p(re)cedens plus co(n)servat pieta-
ti fidei in hoc q(uod) auctori(tati)bus s(anc)tor(um)
magis co(n)cordat et deu(m) magis ho-
norificat et incarnationis misteri-
um magis commendat et affectu(m)
nostrum ardentius inflamat ideo co(n)-
cedendum est ut p(ro)p(ter) auctes et ro-
nes dicunt q(uod) p(ro)pria r(ati)o incar-
nacionis fuit redemptio h(um)ani ge-
neris quamvis multe conve(nientie) alie co(n)-
currerent h(ic) non sit annexe. Item ad
aliud q(uod) p(ri)ma alia in q(ua)ntum q(uod) h(omi)-
nem totum assumpsit ut totum beatifica-
ret d(icen)d(u)m q(uod) ista non est ratio p(ro)pria
s(ed) annexa s(upra)d(icte) p(ro)p(ter) q(uo)d et si nu(m)q(uam)
deus incarnatus esset homo glorifi-
cacione corporis sui et visione dei p(er)-
fecte et totali(ter) beatus esset visio enim
corporalis x(rist)i p(er)tinet non ad esse(n)-
tialem co(m)plexionem beat(itudi)nis s(ed) ad quodda(m)
accidentale gaudium et hoc p(atet) quia alii
sensus beatificant(ur) ut visus et tu(m)
obiecta sua cordsecu(n)cia non h(ab)ebunt
ut tactus gustus. P(reterea) aspectus
x(rist)i nec magis erit beatus animus
ad alia corpa inde(sinen)ter qui(m) aspectu(m)
alior(um) terminis ad videndum corpus
x(rist)i quia gl(ori)a eu(m) sensuum co(n)ti(n)ue
erit p(ro)fundioris delectationis ven-
ientis a p(ar)te sup(er)iori co(m)missione
dei cuius visio tam reficiet cum
p(er)fecte ap(pare)b(i)t ut nichil ultra necessariu(m)
sit anime ad eius beatitudinem qu(ia)
omne aliud bonum et pulcr(um) ad i(stu)d
comparatum quasi nichil est nec in-
cendere pot(est) aliq(uod) gaudium. Unde mel(ius)
tum de rogare vide(tur) summo bono
qui dicit ipsum non suffice(re) absq(ue) ipso
bono creato sibi adiuncto ad hominem
p(er)fecte beatificandu(m) n(isi) h(oc) dicat nemo
p(ro)p(ter) imp(er)fectum sensus qui ad ip-
sum non pot(est) p(er)tinge(re). s(ed) tunc
plura obviabunt sive bone sen-
sum aliorum qui non h(abe)nt obiec-
ta sua sicut visus et tamen p(er)-
fecte beati sunt sive bene as-
pectus x(rist)i qui alios s(an)c(t)os aspi-
cit sive etiam bone p(ro)fecturus bea-
titudinis que non facit aliquid
bonum co(n)tingentis mendicare sive
etiam quia oportet non poss(e) in-
telli(gi) q(uod) gloriosus h(om)o possit a co(n)sp(ectu)
p(ro)pria absentari absq(ue) glorie sue
detrimento. Item ad i(stu)d q(uod) obici(tur) q(uod) i(n) h(uman)a

na quo
sp(eci)s hom(inum)
in p(ro)pria
glificen(t)
lumi

natura data est congruitas vel y-
doneitas ad incarnationem. Dicendum quod illa
ydoneitas attenditur quantum ad partem reparabi-
litatis hominis pura(?) quamvis tamen
dignitatis et aliarum conditionum aliqua
non attenditur. Et ideo sicut homo non
fuisset reparatus si non tendisset quam-
vis esset reparabilis, sic dummodo non esset
mutus quamvis esset mutabilis, non
tamen frustra esset illa potentia quia vel-
te sunt potentie et ydoneitates que ad
actum non perducuntur nec tamen frus-
tra sunt quia nobilitatem et dignitatem
nature attestantur, nec dicitur pote-
tia frustra si non reducatur ad actum
tum, sed tunc frustra est cum ad
actum non reducatur et tamen ad actum
requirit cum requirunt tempus et lo-
cus. ¶ Ad illud quod obicitur dicitur dei
potentiam sapientiam et bonitatem in istam
de innocentie manifestari. Dicendum quod
satis sufficienter se manifestabat
per opus creationis et distinctio-
nis et ornatus et ideo si illa per-
stitissent tamen valde bona essent,
non optimus tamen modus agen-
di super adde ad manifestationem
quemadmodum opera miraculosa facta
sunt post hominis lapsum, que
non oportuit fieri ante quia dei
potentia sapientia et bonitas non es-
set et satis in suis effectibus re-
lucet. Nunc autem congruum est et
decens deum multa opera facere
miraculose ad manifestationem sue
potentie pro confirmatione fidei nostre. Sic
etiam in proposito intelligendum est sic
dicimus sed quia quod homo per peccatum
internus lumine obfuscatum habebat
et carnis sensus fuit ad sensibilia et
illa amabat et ideo deus in visi-

bilis factus est visibilis, ut carnem
ut per visibilia reduceret ad invisi-
bilia agnoscenda et amanda, et hoc
est quod dicit gregorius in quadam prefatione
ut dum visibiliter deum cognoscimus
per hunc etc. ¶ Ad illud quod obicitur quod
ita difficile est punire mortem eterna
sicut satisfacere pro offensa. Dicendum quod falsum
est quia ad mortem eternam suffi-
cit complacentia quantum ad partem mentis. Ad hoc
autem complacentiam sufficit divina gratia
et quia per congruum divinam potuit sine
passione etc. Et si in meritum aliquis
fit incarnatione in carne. Hoc est quod
ad perfectionem ...na mortem eterne non op-
tet incarnationem intervenire ad satis-
factionem, aut non solum requiritur quod satis-
faciens doleat sed quod dampnum recom-
pensare valeat et honorem deo sub-
latum restituat sicut melius vide-
bitur infra. Et ideo non tantum fuit
necessitas incarnationis propter necessita-
tem mundi sicut propter necessitatem satis-
faciendi, et quod illud sit verum planum est
in angelis quorum natura non est unita
verbo et tamen inveniunt vitam eternam.
¶ Si queritur quod tante difficultatis sit
tamen non oportet quod propter hoc necessaria
sit incarnatio. Propterea quod spiritus sanctus
ipse qui per caritatem movet animam
dignam sibi tamen facit gratiam sempiternam
unde necesse sit sine missione sue
sed vel alicuius persone. Sed ad satisfa-
ciendum necessaria est missio in carnem
quia sicut infra patebit convenien-
tissimus modus fuit satisfaciendi
per mortem et passionem sicut convenien-
tissimus modus est ad merendum per caritatem
et dilectionem. ¶ Ad id quod obicitur
quod anima Christi eterna debuit prius in

D

temptatione. Dicendum quod deus quia ab eterno
prescivit lapsum humani generis. ideo
fecit quia ipse recuperaturus erat
hominem et ideo principaliter in inten-
tione fuit reparatio lapsi quam con-
ditio eius ad lapsum nobis et preterea
hoc non sequitur quod deus sic predes-
tinavit Christum principaliter sicut et
alios / immo multo principalius hoc
enim tenet si deus in conditione generis
humani non precognovisset eorum lap-
sum tunc enim quod prior intentionis esset
sequitur finis ¶ Ad iiii dicendum quod obicitur
quod humana natura est exaltata per
incarnationem dicendum quod absque dubio verum
est. sed propter hoc non sequitur quod repor-
tavit commoditatem quia hoc
non fuit pro sua malitia sed pro be-
nignitate divina et superna quia cum sa-
pientia dei vincit malitia hinc
est quod non patitur esse malum aliquod
de quo non eliciat bonum et etiam
maius bonum alioquin non posset ma-
litia vincere et propterea quod prevaricatio
adae quia totum genus humanum
infecit statuit rectitudinem secundi
adae qui pro toto genere humano posset
satisfacere. et tunc obediencia multo plus
sibi placet quam inobediencia primi adae
postea displicet ¶ Unde hoc fuit ex boni-
tate divina ex qua deus plenus est
dilectione et ira et ideo dilexit se
quos scelus notavit secundum Bernardum
quod facit omnia operari in bonum
unde filium dei incarnari non fecit
nostra malitia sed dei caritas nimia
et ira secundum quod deum est in ante
pius posita Deus autem qui dives
est in ira ¶ Ad illud quod obicitur

v^c d^r ce
cap^d ecce

quod Christus est caput ecclesie sed humana
natura dicendum quod duplex est capitis

perfectas. una que attendi sed quod con-
formitate admensura alia que atten-
ditur secundum datorum gratuitorum influen-
tiam bone superne perfectas Christus
est caput inquantum homo bone
fide. Christus est caput inquantum deus
et bone huius prima tenet nomen
capitis. et ideo esto quod incarnatus
non fuisset adhuc etiam caput non
caruit quia caput viri est deus
et vir etiam hominum caput habet deum.
sicut hoc etiam angelorum. et ideo
non sequitur quod corpus ecclesie esset
acephalum. quoniam non habet caput
secundum omnem perfectionem quia hoc modo
habet enim tunc caput deum sicut
nunc habet etiam angelorum ¶ Ad v^d
quod obicitur quod in^m significatur quomodo maior
dicendum quod materia duplex hoc significare significat
enim coniunctionem dei ad creaturam secundum
caritatem et significat etiam coniunctionem Christi
in unione mystica et ultra
hanc significat hic secundum statum lap-
sus alterum autem habuisset si peccasset
et ideo non esset plenum signum sicut
enim materia nunc est in officium
et remedium. tunc autem solum in offici-
um. ... hoc significatum tunc autem
nunc ¶ Ad illud quod obicitur quod quadruplex
est modus productionis hominum dicendum
quod ille quartus modus productionis hominis
non est de perfectione universi sed
super perfectionem universi et ideo &c.
notat illud novum tunc autem bonum
faciet deus super terram. hic autem deus
novum non fecisset nisi aliqua neces-
sitas precessisset et ideo non sequitur
quod si homo stetisset. et talis mo-
dus productionis hominis esset nec ob hoc esset
quod universum sua perfectione careret

mat^r i
hz du^c
sig^{ne}

sicut est, non potest argui impossibile. Immo si quereretur ad supra mortui quomodo deus non fecisset si hoc prestitisset. Possibile econtrario dicitur quod de illo modo productionis non potest argui veritas incarnationis, quia deus posset producere hominem de natura absque viro qui tamen non esset deus. Hec autem omnia absque preiudicio dicta sunt, non enim volo libertatem dei coartare, sed immensitatem caritatis sue erga hominem lapsum commendare, ut affectus noster contractus ad amandum ipsum deum attendendo immense dilectionis eius [illegible].

Tercio queritur que trium personarum ad incarnationem fuit magis ydonea. Videtur primo quod persona patris. Illius enim est recreare cuius est creare, sed creatio maxime attribuitur et convenit potentie patris, ergo et recreatio. Ergo patri maxime videtur quod et incarnatio. Item illius est filios adoptare cuius est generare, sed incarnatio ordinatur ad adoptionem, sicut dicitur ad Galatas iiii. Ergo videtur quod incarnatio maxime competat ei cui convenit generare. Ergo maxime convenit patri incarnari. Item filius totum quod habet habet a patre, ergo magis decet patrem habere aliquid quod non habeat filius quam filium quod non habeat pater. Si igitur incarnatio facit honorem nature [illegible] a persona que incarnatur, videtur quod hec magis competit persone patris quam persone filii. Item autem magis competit persone spiritus sancti, ostenditur quia hoc quod maxime est donum gratie maxime competit missioni spiritus sancti. Sed quod deus factus est homo hoc est summa gratia, sicut vult Augustinus xiii de trinitate. Ergo videtur quod hec magis debuit esse in persona spiritus sancti quam in persona filii.

Item spiritus amor facit nos filios dei adoptivos secundum illud Ro. viii: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum etc. Ergo si incarnatio est ut faciamus dei filii adoptivi, incarnatio maxime debuit esse in persona spiritus sancti. Item multa dicta substantiarum in uno, ergo ei magis convenit multa magis replentur substantiis. Sed substantiis magis repletur in persona spiritus sancti quam filii. Ergo si incarnatio est in tali [illegible], videtur quod magis convenit spiritui sancto quam filio.

Contra autem magis spectat filio. Videtur magis decet personam mediam tenere rationem mediatoris quam aliam, sed incarnatio est ordinata ad essendum mediatorem personam. Autem media in trinitate est persona filii, ergo etc. Item magis decet filium dei esse filium quam aliam personam, sed per incarnationem ille qui incarnatur efficitur virginis filius. Ergo videtur quod persona filii incarnari sit magis decens et congruum. Item convenientius est filium supplicare patri quam aliam personam, sed incarnatio ad hoc ordinatur ut sit aliquis mediator qui pro nobis intercedat ad deum, ergo etc.

Responsio dicendum quod persona filii ad incarnationem inter ceteras personas fuit magis ydonea, sive loquamur de ipsa incarnatione ipse, sive prout ordinata est ad humani generis redemptionem. Si enim loquimur de ipsa incarnatione ipse magis congruum fuit personam filii incarnari, et inquantum est ymago, et inquantum est verbum, et inquantum est filius. Inquantum est ymago, quia homo assumptus erat vere dignitatis ymaginis, et quia filius est ymago patris, ideo magis conveniens erat filii personam assu- rto

me creatura ¶ Rursus quia filius
dei verbum est patris sic procedit ab ipso
ut per se manifestet patrem. et ideo
sicut ad intencionem manifestacionis
verbum intellectuale copulatur voci sensibili
sic addicitur verbum increatum patris coniunctum
fuit humane carni ¶ Postremo quia
filius est solus genitus ab eterno et sic
conveniebat ipsum carnem assumere. ut esset
de genere hominum et ita hominis filius et
ideo decebat ipsum magis incarnari
quam patrem et spiritum sanctum. et hoc est quod dicit
Augustinus in libro de trinitate et magister in littera
quod dei filius non assumit in utero in
terris quia iam debebat patrem inte-
lis magis igitur decens fuit filium
incarnari quam aliam personam Si loqui-
mur de ipsa incarnacione in se sunt ee
magis congruum ¶ Si loquamur de
ipsa in causandae reparacionem ad genus
humanum redempcionem et hoc apparet si con-
sideremus hominis lapsum et reparandi
modum et reparacionis fructum ¶ Si
consideremus hominis lapsum videbimus
quod lapsus fuit appetendo ipsam dei simili-
tudinem et equalitatem et quia filio
proprie attribuitur equalitas. hinc est
quod quam proprie surripuit homo lapsus
ex iactancia. et ideo ipsum inde proprie debuit
reparacionem et hoc dicit b. exponens
illud quod dicitur Iohannes primo nec orta est
hiemps. tol. me. et m. in. i ma. a.
cepte in hoc quod homo presumpsit dei simi-
litudinem directe contra filium peccavit
et ideo filio magis competebat vindicta
et indulgencia et hoc est quod dicit Anselmus
in libro cur deus homo. homo pec-
cavit creatura et dyabolus oppugnatur
ambo simul dei similitudinem presump-
serunt. unde specialius adversus filium
peccaverunt ille cuius tamen specialiter sit in
iuria quemcumque attribuitur culpe
vindicta et indulgencia ¶ Rursus si con-
sideremus modum reparacionis magis
competit filio reparare cum sumus
per mediatorem obedientiam et supplicacionem
et quia magis competit filium suppli-
care patri et obedire. hinc est quod
magis competit persone filii in-
carnari quam alii unde Augustinus in libro
cur deus homo quemcumque so-
nat filium supplicare patri quam aliam
personam ¶ Postremo si consideremus
reparacionis fructum vel effectum magis
competebat filio incarnari quia incarnacio
ad hoc ordinatur ut simus filii dei sic
ergo posteriores per illud habemus reddu-
ci quod est prius in eodem genere congruum
fuit ut filii dei efficeremur per eum
qui est filius naturalis unde Augustinus
in libro de trinitate ut homo gratia
nasceretur per unigenitum natus est
deus. oportuit enim ut per eum efficere-
mur filii adoptivi qui est filius
naturalis et per hoc patet primus modus quod generis
merentur fuit filium incarnari quam
alium unde competentes sunt raciones
que ad hoc inducebantur ¶ Ad primum quod obicitur
quod patri magis convenit opus recre-
acionis sic creacionis dicendum quod pater
sic est auctor recreacionis sicut et
creacionis et sicut patrem omnia fe-
cit sic et patrem omnia refecit. sed
propter hoc non sequitur quod pater magis
debeat incarnari quia in carne
non refecit patrem auctoritate sed mediator
et quia id minus non convenit patri
sed potius filio hinc est quod non sequitur
quod in carne magis conveniat patri
quam filio immo potius econverso ¶ Ad 2m
quod obicitur de adopcione dicendum quod licet
adopcio conveniat patri tamquam
principaliter auctori sed hoc non decet fieri nisi
per filium cuius tota est hereditas et
per quem alii ad hereditatem debent admitti

¶ Ad illud vero quod obicitur quod filius sit
a patre quod quidem habet id quod filius
dicit aliquid sive per realem ordinem
aliquid per gratuitam unionem et si primo
modo intelligatur quod quidem sit sit a patre
ita quod idem est in filio a patre est
in patre ac ipso in essentialibus loquen-
do si autem loquimur de eo quod sit per gratuita-
tam unionem // et si primo modo intelli-
gatur // sic habet a patre tamquam
a principio effectivo non tamquam
a ... quia secundum illud filius
est minor patre et quia magis
docet filium secundum humanam naturam
esse minorem patre. Unde est quod ...
... modo magis competit filium habere
aliquid quod non habeat pater quam
... ¶ Ad illud quod obicitur quod magis
convenit spiritui sancto quia hic est summa gratia
ideo quod per illam unionem non concluditur
quod incarnacio debebat fieri in persona
spiritus sancti sed quod opus incarnationis de-
beat attribui spiritui sancto et hic melius
videbitur infra et sequitur. Videndum est ad
hoc quod sequitur de adoptione ¶ Ad
illud quod obicitur de missione ideo quod
missio in carnem fuit ad redemptio-
nem a servitute et quia oportet primo
homines liberari a servitute quam ad
optari in filium. Unde est quod missio
in carne ei primo competebat tum primo
competebat mitti et quia proprie
filii habet mitti solum a patre primo
spiritus sanctus habet mitti ab utroque. Unde
est quod primo debeat filius mitti
in carne ut redemptione facta
idem ipse cum patre mittit spiritum
sanctum in mente et hoc est quod dicit
apostolus Gal. iiii. Cum venit

plenitudo temporis misit deus
filium suum missum ... ut adoptionem
filiorum dei reciperemus quoniam autem estis
filii dei misit deus spiritum sanctum in corpora
vestra ... non sequitur quod si ma-
ior ratio subauditis est in spiritu sancto
quam in filio quod ... debuit mit-
ti in carne ymmo potest inferri con-
trarium ... quia a nullo est non
debuit in carne mitti et hoc est quod
dicit Augustinus iiii de trinitate. Quemadmodum non
erat ut pater ab alio mitteretur
quia ab alio non erat. Gemens autem
fuit ut primo filius mitteretur quod
a solo patre est deinde spiritus sanctus qui est
a patre et filio primo filius venit
ut homines liberarentur deinde spiritus sanctus
ut homines beatificarentur.

Quarto et ultimo queritur quo
tempore fuit magis conveniens
filium dei incarnari et videtur quod in
in primordio temporum primo per illud
quod dicitur Gen. ii. Consummavit deus
in die opus suum sed consummacio
operum maxime competit in opere in-
carnationis sicut supernus tactum
est ergo videtur quod incarnari debuit
in aliquo illorum vi dierum ¶ Item
magnitudo amoris non tardat facere
dona ... sed acceleravit sed deus
propter nimiam caritatem misit filium
suum ... ca. primo ergo videtur quod quam
cito fuit filium dei incarnari statim
tum homo indiguit sed homo sta-
tim indiguit tum lapsus fuit
ergo etc. ¶ Item si opus ... temporis
venisset multa adversa ... ve-
nissent sicut dicitur Math. xi. ...
si in ... et sido. etc. sed addere
beneficii magnitudinem spectat quia

velit omnes salvos fieri. ergo multo magis videtur quod congruum fuit filium dei incarnari in primordio temporis. ¶ Item egro in periculo mortis succurri debet sine mora sed homo tunc peccavit primo et tunc egrotavit. Si ergo homini egrotanti succurrere per filii incarnationem videtur quod statim debuit incarnari. Sed contra Ecclesiastes iii: Omnia tempus habent et sub ipso dicitur Ecclesiastici xxxix: Omnia tempore suo comprobabuntur. ergo si multum tempus est adeo congruum sanctificatio plenum in se tempus plenitudinis videtur quod filius dei tunc debuit incarnari cum venit plenitudo temporis non ergo in primordio temporis. ¶ Item deus in omnibus operibus suis maxime servat ordinem et sicut est ordo et gradus in processu etatis sic est gradus et ordo in processu mundi. ergo sicut homo magis dispositus est ad sapientiam in etate provecta quam in etate iuvenili quia et in antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia videtur quod maior sit congruitas quod divina sapientia incarnaretur et dilectus mitteretur in missione processu impletum temporis quam in principio. ¶ Item opus incarnationis et redemptionis magis se tenet cum opere glorificationis quam cum opere primo conditionis sed opus glorificationis habet esse in fine temporis opus conditionis habet esse in principio ergo videtur quod opus incarnationis magis debuit fieri in appropinquatione ad finem temporis quam initio. ¶ Item beneficium incarnationis nulli est utile nisi illi qui illud recognoscat et pro illo est gratus sed dilatio beneficii facit ad eius recognitionem et gratitudinem ergo videtur quod dei filius non debuit statim a primordio

temporis incarnari sed per longa tempora in quibus posset cogitari et desiderari. ¶ Respondeo dicendum quod sicut rationes ostendunt et ipsa divina operatio comprobat magis congruum fuit filium dei incarnari quam in fine seculorum quam in principio. potest autem huius quadruplex ratio assignari quare tunc incarnari distulit. prima est propter remedium humanis promerendum quod hoc eum manifestum divine ultionis severitas quae tantis clamores et luctibus hominum tanto tempore sustinuit antequam vellet descendere et ipse Adam cum posteritate sua tanto tempore constitit in limbo consolans expectando et hoc propter manifestationem divine iustitie que nichil inultum dimittit. ¶ Secunda ratio fuit propter morbum melius curandum morbus enim superatus non curari debuit nisi infirmus prius eum cognoscat et gravitudinem eius gravitas aspiciat plus cum homo cognoscat per longitudinem gravitudinem quam prolixe commissionem et ideo debuit deus beneficium incarnationis differre ut homo convinceretur de morbo et ignorantia ante incarnationem et in lege indita et in lege scripta et sic convictus confugeret ad medicum et confugiens curaretur efficacius. ¶ Tertia ratio est propter ordinem universi servandum quia cum hoc erat plenum et maximum beneficium differri debuit usque ad plenitudinem dierum et propter hoc dicit apostolus ad Galatas iiii: At ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum. ¶ Quarta ratio fuit propter incarnationis beneficium amplius commendandum quia quanto amplius

differt et diuinus desiderium pre
ciosius reputari. et ideo beneficium
incarnacionis quod est inter diuina
beneficia preciosissimum ipsum desideratum
et expectatum diu quesitum. et propter
ea magis expetitum fuit filium dei
incarnari in fine temporum et gaudete
sunt tanto que si audiunt ¶ Ad
illud uero quod obicitur primo in genere de con
summacione diuinorum operum dicendum quod in
opere incarnacionis non attenditur
consumacio que quando fit de opere
per uniuersi set consumacio autem con
summatorum per accidens et ideo
nichil spectat ad opera in diebus
inquantibus uniuersum conditum fuit
est et fabricatum quantum ad ea que
spectat ad complementum primarum
¶ Ad 2m quod obicitur quod magnitudo amoris
facit beneficia accelerari dicendum quod uerum
est quando acceleracio doni prodest ei qui
amat. Set quando dilacio magis prodest
quam acceleracio tunc amor ipse
facit differre quam accelerare ¶ Per ad or
dinem non operatur secundum impetum
set secundum dispositionem et regimen sapientie
et ideo dona non accelerat nisi secundum
modo debito et congruo ordine
et propter hoc quia congruitas ordinis
exigebat dilacionem. ideo amoris
in mensitas non faciebat acce
leracionem ¶ Ad illud quod obicitur quod mul
ti saluati essent si deus uenisset
cito dicendum quod deus bonum quod pro
mouet bono priuato et bonum totius
uniuersitatis preponit bono particulari sin
gulari et ideo cum ordinis ex
igencia hoc requiret ut deus inspice

tempus incarnacionis usque ad sextam
etatem fuit dilatum nec propter utilita
tem aliquarum personarum contingencium in
singularibus temporibus accelerari debuit
diuinum beneficium placuit enim uniuersi
tatis conditori in aliis seruare seueri
tatem iusticie in aliis manifestare
benignitatem suam ¶ Ad 4m quod obicitur de egris
quod statim debet succurri dicendum quod nunquam de
fuit diuinum subsidium Nam ipsa con
fessio et fides futuri aduentus
erat eis in remedium salutare et
sufficiens quousque ueniret ille qui
consumaret. Nam omni tempore fuerunt ali
qua sacra que attulerunt egris reme
dium salutare licet alia et alia in
diuersis fuerint temporibus instituta sicut
in quarto libro expressius habetur mani
festatum

Juxta ista sunt dubitaciones circa
litteram et primo queritur de uerbo apostoli
quod dicit ad Gal. iiii uenit plenitudo temporis etc.
uidetur enim quod non fuit plenitudo temporis
in aduentu filii dei 1 Cor. xiii
Ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus si plenitudo
euenerit quod ex parte est. ergo uidetur quod
plenitudo temporis nondum peruenit.
¶ Item dicit xiii de sapiencia quod tunc
impleta gloria in fine mundi. ergo non uidetur
quod ante finem mundi sit tempus
plenitudo ¶ Respondeo dicendum quod tempus in
carnacionis dicitur tempus plenitudinis
multiplici de causa primo quia deus
impleuit quod prefinierat iuxta
illud Gal. iiii. At ubi uenit ple
nitudo temporis glossa Completum est tempus
quod prefinierat pater quando mitteret filium
suum. alia uero est propter complementum

promissionis quia ille nouus da-
tus est qui fuit repromissus vnde
Jo. i. plenum gratie et veritatis et
gloria quo ad impletionem promissorum
¶ Tertia ratio est quantum ad implementa
figurarum quia in xpi aduentu fi-
gure ille que erant in veteri testamento imple-
te sunt inde dicit Mt. v. Non veni
legem soluere sed adimplere ¶ Quar-
ta ratio est propter plenitudinem gratie
que fuit in xpo que fuit precipua
omnium plenitudinum vnde Coll. ii. In quo
habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter
Quinta vero est propter plenitudinem generationis
quia cum sit quadruplex modus
generationis primus quidem non de viro nec de
muliere sicut primum Secunda mulier de so-
lo viro Tertia non plus de viro et
muliere Quarta non viri de sola muliere
ista quarta est consummata in xpo vbi
terminatur ¶ Sexta vero ratio est quia
tempus incarnationis est tempus perfec-
tionis in sexta quidem est plenitudo et
perfectio ut sicut mundus in vi. die
est consummatus ita in vi. etate fuit
reparatus ita quod prima etas fuit ab
Adam vsque ad Noe Secunda a Noe vs-
que ad Abraham Tertia ab Abraham
vsque ad Moysen Quarta a Moyse
vsque ad Dauid Quinta a Dauid vsque
ad xpm Sexta a xpo vsque ad finem
seculi igitur in vi. temporibus dicitur tempus
incarnationis tempus plenitudinis
¶ Ad illud quod quod alii in quandoque quod non
est plenitudo vsque in gloria dicendum quod est
plenitudo nature et plenitudo gratie et ple-
nitudo glorie et ille due prime pro-
cedunt de plenitudine glorie auctoritas autem
apostoli intelligitur de plenitudine gratie propter
quod notanda est quedam distinctio de

plenitudine quod quedam est plenitudo
nature quedam gratie quedam glorie ple-
nitudo est indiuidua? sufficientie primo quantum
ad rerum conditionem de qua Gen. ii. Com-
pleuit deus die vii. opus suum
Secunda quantum ad rerum interpretationem
Corpus ps. Domini est terra et plenitudo
eius Tertia plenitudo gratie duplex
est quedam in capite et de hac Jo.
i. plenum gratie et veritatis Quedam
in membris et de actuum i. Repleti
sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui
etc. Quarta plenitudo glorie dicitur
est vel quantum ad numerum electorum de
hoc Apoc. vi. Sustinete modicum
tempus donec impleatur numerus aut quantum
ad perceptionem eternorum bonorum Gen.
xxix implentur ebdomadas mea
¶ Item queritur de hoc quod dicit factum conueni-
enter quia in symbolo negatur gen-
itum non factum etc. Item si de muliere
factus est non videtur quod mulier sit eius
mater sed solum materia propter quod quod
dicitur magis factus quam genitus ¶ Ad
secundum quod xpus secundum diuinam naturam
ita est genitus quod non factus
quia non est creatura secundum hu-
manam vero ita est genitus quod
factus quia corporaliter fuit a vir-
gine facta diuina virtute qualiter
autem fuit virgo ad hoc melius
manifestabitur suo loco plus autem
quod dicitur est patet etc. ad obiecta ¶ Item
queritur de hoc quod dicit factum sub
lege quia dicitur i. Thi. i. iusto non
est lex posita Si ergo xpus
iustissimus erat non etc. ¶ Item
xpus non tenebatur implere man-
data legis quod non videtur quod sub lege
esset factus ¶ Ad secundum quod est sub lege

dicitur tribus modis vel quantum
ad statum vel quantum ad observantiam
vel quantum ad motivum. Quantum
ad statum sunt illi qui nati sunt
sub lege. Quantum ad observantiam
sunt iusti qui legem observant.
Quantum ad motivum sunt illi qui ti
more serviunt. Christus igitur non fuit
sub lege quantum ad statum vel quan
tum ad motivum, sed solum quantum
ad observantiam aliter tamen quam alii ho
mines quia esse sub lege quantum
ad observantiam potest esse dupliciter
vel quantum ad obedientiam obliga
toriam vel quantum ad obedientiam
spontaneam et primo modo sunt
homines. Secundo modo fuit Christus
qui se mera liberalitate legalibus ob
servantiis ut Gregorius dicit vel obedie
subdidit sicut patet [illegible]
¶ Item quid dicitur quod dicitur in specie
columbe descendisse spiritus sanctus, sed contra
tota columba illa et quantum in ea
erat erat simul a patre et filio. ergo
videtur quod tota virtus illa columba
descenderit sicut descendebat spiritus sanctus
¶ Item magis descendit spiritus sanctus in homine
quam descendebat simul pater et filius
ergo videtur in columba. ¶ Respondeo dicendum
quod in columba illa non erat aliud
spiritus sanctus quam pater et filius nec aliud
operabatur sed tamen solus in ea signaba
tur quia significationem dicit sicut in car
natione [illegible] solus portat in eo
significationem quamvis non solus in ea pos
set operari. et sic patet quod exemplum
[illegible] est verum et idoneum sed hoc
magis declaratum est in libro [illegible] de
missione spiritus sancti d. xv

Et quia in homine tota humana
natura inicio corrupta erat — di 2a
ideo super exigit magis de natura corporee
persone assumende. Respondeo
pro exigit corpore persone assumpte dividi
tur pars ista in tres partes in quarum
prima determinat veritatem, in secunda con
futat errores, ibi [illegible] sunt quo
dicitur. ideo in tertia removet quan
dam dubitationem, ibi Si autem quantum
utrum ubi tamen ideo prima pars di
viditur in duas partes in quarum prima
determinat magister de natura assumpta quantum
ad primam naturam integritatem. Secundo quan
tum ad ordinem, ubi assumpsit igitur dei
filius carnem parvam subdivisionis
aut per manum sunt in littera
Ad intelligentiam huius partis
moventur dubitationes tria
tunc quod primo modo dei assumpta quantum
ad unionis congruitatem. ¶ Secundo non
queritur quantum ad primam integritatem
¶ Tertio non queritur quantum ad dispensationis
sive medii necessitatem. Circa primum
queruntur tria. Primo queritur utrum maior
sit congruitas ad unionem et rationa
li natura quam in toto universo. Secundo
queritur utrum maior sit congruitas
in homine quam in angelo. Tertio
utrum maior sit congruitas ad unionem
in tota specie quam in uno individuo — art. 1
Quia tamen primum sic proceditur et
queritur utrum maior sit congrui
tas in rationali natura quam in toto
universo [illegible] et quod maior sit
congruitas in rationali natura videtur
primo quia deus assumpsit solam
naturam rationalem. Si ergo deus sic
fecit quod melius est et magis congruum

videtur quod maior sit congruitas in
humana natura quam in tota machina
mundana. ¶ Item illa creatura assump-
ta est in unitatem personae et quae magis
idonea est ad unitatem personalem
magis idonea est ad assumptionem.
Sed ergo dignitas personalis non
est nisi in creatura rationali videtur
quod illa sola maxime congrua sit
uniri. ¶ Item unionis gratia ma-
ior est quam sit gratia fruitionis
vel beatitudinis. Sed sola natura rationalis
est disposita ad fruitionem ergo sola vi-
detur quod habeat congruitatem ad unionem. ¶ Item
totum universum factum est propter creaturam
rationalem ergo rationalis creatura excellen-
tior est omnibus aliis quae sunt de
constitutione universi. Sed quod deo
magis accedit et quod deo magis
concedit accedit magis est congruum
deo uniri ergo etc. ¶ Item universi-
tas non dicitur facta ad dei imaginem
et similitudinem. Sed sola rationalis creatura.
Sed imago dicit similitudinem expressam
ergo inter omnes creaturas sola ra-
tionalis creatura expressius assimilatur
deo. Sed illud solum est congruum ad
unionem cum deo quod habet expressam simi-
litudinem cum eo ergo idem quod prius.
¶ Sed contra quod dicit Augustinus ad Volusianum in mi-
rabilibus tota ratio facti est
potentia facientis. ergo cum incar-
natio sit assumptio creaturae et sic
opus mirabile videtur quod tota ra-
tio assumptionis sit ex parte facientis. ergo
non est maior congruitas in ratio-
nali creatura quam in alia natura crea-
ta. ¶ Item infinita distantia non
magis approximat unum quam alterum

sed omnis creatura distat a divina
natura infinite ergo non est congrui-
tas in rationali creatura magis quam
in aliis. ¶ Item incarnatio facta
aliquo modo ad complementum totius uni-
versi. Sed magis perficitur universum
si deus uniatur ipsi toti quam ipsi
parti ergo videtur quod magis sit habilis
ad unionem universitas tota quam
rationalis creatura. ¶ Item effectus
universalis magis applicatur cau-
sae quam effectus particularis. Sed univer-
sum claudit in se ulterius omnem
effectum dei ergo magis applicatur
deo quam rationalis creatura. Nam
sed quod magis applicatur deo maiorem
habet congruentiam ad unionem etc. ¶ Item
illud est magis unibile in cuius
assumptione magis manifestatur
divina potentia sapientia et bonitas. Sed
universum est huiusmodi per ratione unionis ma-
gis enim manifestatur divina sapien-
tia et bonitas in conditione totius
universitatis quam alicuius eius partis
quia cum quaelibet eius pars sit bo-
na eius universum est non solum bonum
sed etiam valde bonum. ergo si magis
manifestatur in universitatis conditione
multo magis videtur quod manifestetur
in universitatis assumptione.
¶ Sed contra quod non est tanta nobili-
tas in tota universitate sicut est
in eius parte aliqua ut patet in
rationali natura et huius ratio
est defectus unitatis et personalis
dignitatis et similitudinis sive con-
formitatis quae quidem non reperitur
in tota universitate et propterea non est
idonea ad unionem cum persona divina

sicut rationalis creata · vniuersi
tas lz (scilicet) secundum latitudinem differen
tia immo genere et specie et ideo non com
petit ad vnionem tum dico in ipsis
vnitate habz etiam partes carentes
vita et ratione et sensu et ideo desti
tutas ab excellentia dignitatis personalis
et ideo hoc non lz ydoneitate ad vni
onem in vnitate persone · lz et
partes in quibus reperitur solum ves
tigium et ideo deficientes a conformi
tate expresse similitudinis et propterea incapaces
ad tantam excellentiam vnionis in
rationali autem creatura reperitur potest
vnitas et personalis dignitas et
expressa conformitas · et ideo maior
est in ea ad assumptionem ydoneitas
siue congruitas et propterea rationes
que hic ostendunt concludunt · ¶ Ad
illud quod obicitur de verbis Augustini quod tota
ratio facti est potentia facientis dicendum quod
est ratio causalitatis et non con
gruitatis causalitatis in efficiendo con
gruitatis in suscipiendo · cum ergo
dicit Augustinus quod ratio sed tota est potentia
facientis intelligitur de ratione causa
litatis non de ratione congruitatis
¶ Ad illud quod obicitur de infinita distantia
dicendum quod sicut dictum est in primo et
secundo cum dicitur quod omnis creatura dis
tat adeo infinite intelligitur de dista
ntia per recessum ab equalitate et proportione crea
ti quia nichil vniuersum est creature
ad creatorem · in nullo et creatura
creatori potest equari · sed non habz
infinitate de distantia que attenditur
per oppositum ad convenientiam · secundum rationem
ordinis et imitationis natura ipsa rationalis
creatura in natura in deum ordinatur

et expressiue inter creaturas dum imi
tatur et ratione huius applicationis et con
venientie habz rationem proportionis et
congruentie respectu diuine vnionis ¶ Ad
illud quod obicitur quod facit ad complementum vni
uersi dicendum quod hec actio incarnationis tamen
et congruentie facit ad complementum
vniuersi in assumptione nobilissime
creature quam aliud quia latitudo
habz ordinem non ad vnum · sicut ad
complementum quia status est in vnitate
magis quam in latitudine ¶ Ad illud quod
obicitur quod magis approximatur vniuersum
totum quam rationalis creatura dicendum quod appro
ximari dicitur duplicater intensiue vel extensiue
et extensiue verum est quod magis ap
proximatur mundo archetipo siue deo
maior mundus quam minor siue vni
uersitas tota quam rationalis creatura
qualitatiue siue intensiue est econtrario quia
magna distantia aliquarum parcium
eius in quibus relucet diuina boni
tas in longinquo sicut in vestigio
¶ Ad illud quod obicitur quod magis manifestatur
diuina bonitas sapientia et potentia
si assumeret vniuersum · dicendum quod filium dei
facere hominem quam asinum fieret deus
vel aliquod animal brutum potius de
deceret diuinam sapientiam vel potentiam
quam commendaret facere autem quod homo
sit deus in nullo preiudicat nec
sapientie nec potentie cum hec natura
sit effici conformis · nec valet illud
quod obicitur quod magis manifestatur
diuina potentia et sapientia in exaltatione vni
uersitatis quam in exaltatione alicuius partis
siue partis quod deceret diuinam potentiam et

et superiori non potest perduci ad creaturas magis nobiles sed etiam minus nobiles et ideo tam in his quam in illis conveniendum et magis mirabile sit quam in aliqua creatura perfecte non sic autem de assumptione sicut visum est

Secundo queritur utrum maior sit congruitas ad unionem in humana natura quam in angelo. et quod maior sit in angelo videtur. deus spiritus est sicut dicitur Johannis iiii ergo creatura que plus habet de natura spiritualis plus convenit cum deo. et quanto plus convenit cum deo plus est ei unibilis in unitate persone cum ergo natura angelica sit spiritualior quam humana videtur etc.

sona s(piritus) s(ancti) magis accedat ad natura(m)
creatura(m) q(ua)m p(er)sona ubi s(ed) quia
t(antu)m p(ro)cedit ita q(uod) non p(ro)ducit
alia(m) p(er)sona(m) et p(ro)cedit p(er)modum
fecundit(ati)s voluntatis et q(uia) o(mn)is
creature p(ro)ducte sunt vo(lunta)rie et
q(uo)d(am) modo liberali(te)r. Hinc est q(uod) p(er)sona
s(piritus) s(ancti) dici(tur) nobis magis appropinq(ua)re
et id(e)o s(ecundu)m quanda(m) app(ro)p(ri)acione(m)
concedi pot' q(uod) vnio illa fiat me(dian)te
s(piritu) s(ancto) tu(m) sit (con)tra sp(irit)u s(an)c(t)o m(aneri)
effi(cien)te s(ecundu)m app(ro)p(ri)acio(nem) no(n) intuem
ente t(ame)n s(ecundu)m p(er)sonale(m) d(i)stinccio(nem)
I(ux)ta p(ar)te(m) ista sunt dubitaciones
circa l(itte)ram Et q(ue)rit(ur) p(ri)mo de hoc
q(uod) dicit Dum(?) que vnum na
plantauit dei ubi assumpsit Cu(m)
tamen deus plantauit in p(ri)mo
homine in mortalitate(m) q(uam) assumpsit
inmortalitate(m) q(uod) fl(u)x(um) est quia mor
tales fuit ¶ Item in natura pla
tauit utrumq(ue) sexum s(cilicet) femina(m) et
masculu(m) q(uod) utrumq(ue) assumpsit q(uo)d
s(imi)l(ite)r fl(u)x(um) est ¶ R(esponsio) d(icen)d(um) q(uod) quedam

ar. de. m/

plantavit deus in vna ii que
respiciunt ipsius constitucionem q
dam eius respiciunt statum et acci
disposicionem tunc ergo dicitur quod omnia as
sumpsit que plantavit omnia de
ibi que sunt de ipsius constitucione tunc er
go ipse arguit contra Christi dei mortalitatem
et sponsus dist. non instat secundum
veritate sed supple per dicta contra
paloggus et sophistice instat et per hoc
patent illa duo obiecta ¶ Item quer
de hoc quod dicat contra hereticos si vi
sibilia tandem visibilibus i. mundis
inquinari non possunt quanto mi
nus in munditiis intatis vide cum
racio illa non valet quoniam eum
radii solis non inquinent posse
di tenet illi maius anima. tunc que spiritua
lior est inficiatur cogitacione carnis
per filius dei est passibilis propter as
sumpcionem carnis passibilis ergo si
filius est tantum. sed spiritus fedatur
et inficiatur quid carnalis efficiatur
ergo videtur quod hereticus verum dicit
de hoc quod dicebat virginitatem
domine posse sancte tunc carne
maculari ¶ Ad quod dicendum quod potest illud
est contra hereticos et racio est
bona et efficax. Radius enim a
rebus fedis non inquinatur propter
hoc quia non concutit in materia
turpium. nec eciam aliquis prendit
Si ergo veritas multo magis cer
lius fedis distat et est indesse
deus necesse sequitur quod multo minus
est quoniam nec valet illud de ani
ma propter hoc quod anima et si sit spiritualis
est tamen actorie depen et i. creacionem

¶ Ad illud non quod obicitur quod filius dei pas
sibilis factus est dicendum quod illud verum est
propter conunccionem ydiomatum non quod
paciatur secundum divinam naturam sed secundum
naturam assumptam et sic potest con
cedi quod sit carnalis secundum quod carnale
nominat naturam sed non secundum quod no
minat vicium quia suscepit carnis
passibilitatem non viciositatem Cum
ergo obicit quod spiritus inficitur tunc car
nalis efficiatur dicendum quod non valet quod obi
cit de carnali prout sonat in mono
¶ Item queritur de hoc quod dicat ¶ Ad
tamen non fuit prius concepta et
postmodum assumpta videtur enim falsum
quia quod non est non potest assumi
sed caro que nondum concepta est nondum
est. ergo non est assumpta ergo necesse
quod caro prius concipiatur quam assumatur
¶ Item non est assumpcio nisi carnis
iam organizate sed ante organizacionem
precedit formacio formacionem precedit co
solidacio consolidacionem concepcio. ergo a
primo ad assumpcionem est concepcio ¶ Ad
dicendum quod est loqui de tempore quantum
ad ordinem temporis et quantum ad or
dinem nature. Si loquamur quantum ad or
dinem temporis et quantum ad ordinem
nature. Si loquamur quantum ad
ordinem nature sic prior est concepcio
quam assumpcio sicut ille racio os
tendunt ¶ Si autem quantum ad ordi
nem temporis sic non debet nec
oportet ipsum esse. non enim op
tet quod utrumque sint per virtutem
infinitam que subito potuit facere
non debuit quia uniuersaliter non tan
tum frustra sed vero debuit tanta
dare in angelica annunciacione

illud autem melius patebit in se-
quenti dicit ubi magister inquirit istam
questionem ¶ Item quintum de hoc quod dicat
tur sine angelo annunciante et sine
adveniente maior in ratio ubi nulla tamen
incarnatio cum excellentius opus
est quam gracie infusio · sed gracie infu-
sio non est per angelum annunciatorem
ergo nec incarnatio ¶ Item deus
minor erat beate virginis cordi
secundum graciam quam angelus ante quam
beata virgo crederet exaltata sit super omnes
ordines angelorum ergo potius debuit
tunc superiore illuminatio per se ipsam quam venire ad
angelum quam eius est igitur quod quare
conceptionem filii dei precessit angelica
annunciatio Dicitur etiam de quo or-
dine angelus iste fuit non videtur
eum fuisse de superioribus angelis
quia dicit Dyonisius quod qui primi erant
in ipsa contemplationis assistunt magis sunt
nec de inferioribus quia illi mysterium
incarnationis ignorat per
certam didicerunt unde dicit ysa-
iam Quis est iste qui venit de
edom sicut exponit Bernardus ¶ Ro
Dicendum quod incarnationem debuit precedere
angelica annunciatio sicut homines
prevaricationem precessit dyabolica temptatio
ut sic ordo reparationis concordet
ordini prevaricationis unde sic dyabolus
temptavit hominem mulierem ut eam
pertraheret ad dubitationem et per dubi-
tationem ad consensum et per consen-
sum ad lapsum sic angelus nun-
ciavit virgini ut nunciando ex-
citaret ad fidem et per fidem ad consensum

et per consensum ad concipiendum dei filium
propter primum factum ¶ Alia causa non ordinis
fuit ibi quia beata virgo erat in
statu viatoris sed angelus in statu
comprehensoris et ideo voluntatem dei
clarius pro illo tempore cognosce-
bat quia deum videbat angelus
facie ad faciem beata virgo per speculum
et in enigmate Rursus angelus
erat dei famulus et minister et beata
virgo electa est et perelecta fuerat
ut esset dei mater quia ergo con-
gruum est nescientem erudire per
magis intelligentem et cognoscen-
tem voluntatem dei congruum etiam
est ministros famulari domine sue hinc
est quod decens et congruum fuit myste-
rium incarnationis per angelum
virgini nunciare ¶ Etiam et alia ratio
est congruencie propter assignatur quia
in creatura fuit humana generis redemp-
tio que non tantum faciebat ad re-
parationem lapsus humani verum etiam
ad reparationem ruine angelice et
ideo angeli beati non debuerunt ex-
cludi unde sicut sponsus intelligit
non excluditur a cognitione myste-
rii incarnationis vel eam reparare
tamen sic etiam nec angelicis
ministerii ymmo utrorumque deus angelo
mediante nunciavit mulieri incarnationem
beate virgini et verum magis decere
et sic patet quod decens fuit deum
incarnationem precedere angelicam an-
nunciationem propter triplicem ordinem
videlicet reparationis humani generis
ministerii angelici et lapsus ange-
lici restaurandi quod ergo dicit de gracia

Ro

quod non fit per angelicum ministerium
Ad quod gratia infunditur per ministerium
humanum et publicum humanum Sed in-
carnacio que est principium totius
glorificationis non per hominem debuit
inchoari. Sed sine dubio post pau-
celum ¶ Ad illud quod obicitur quod pro-
pinquior erat virgo maria deo quam
angelus Ad quod verum est quantum ad
gratiam electionis sed non quantum ad gratiam
comprehensionis ¶ Ad illud quod queritur
de quo ordine fuit Ad quod probabili-
ter dicitur quod fuit de ordine archan-
gelorum sicut canit ecclesia unde
si dicatur gabriel fuisse summus inter
angelos hic non intelligitur sed quod
est nuncius non secundum statum quod est nun-
ciorum et minorum statum quod ad nun-
tianda potiora aggreditur et hoc
non impedit quin gabriel potuit
scire ministerium incarnationis
et alii angeli potuerunt ignorare
vel possumus dicere quod inferiores angeli
sciverunt ministerium incarnationis
sed querebant profunda divini consilii
et hec melius cognoverunt post
filii exaltationem et virtutis pre-
dicationem quibus complicata est
et manifestata multiformis
sapientia

Di. 3. Queritur et declaratur ubi prius
quam conciperet ut supra
egit magister de incarnatione hic nunc
agit de conceptione et quia ante con-
ceptionem filii dei precessit sanctificatio
virginis ideo ista pars secundum duas
partes In prima determinat qualiter
virgo maria fuit primum sanctificata
et ab omni labe purgata
Secundo vero determinat qualiter caro christi
fuit primum simul concepta ibi de in-
Cum ergo incarnacio ubi est prima
pars dividitur in duas partes in quarum
prima determinat de sanctificatione que
precessit christi conceptionem In secunda vero
tangit utrum caro christi ita peccavit
in abraham decimatam sicut in
virgine peccavit sanctificatam ideo primo
agit de sanctificatione Secundo vero de de-
cimatione ibi Cum autem illa caro
fuit ut supra Prima pars dividitur in tres
partes In prima determinat que fuit
sanctificationis exigentia In secunda
que fuit sanctificationis causa ibi
mariam quoque spiritus sanctus ut supra In tertia vero que
sanctificationis fuit efficacia ibi Ne-
que autem sacra virgo erat ab omni pec-
cato ut supra Hec autem pars in qua agitur
de virginis sanctificatione spectat ad pre-
sentem considerationem

Ad intelligentiam huius partis
incidit hic questio circa sanctifica-
tionem virginis quantum ad modum secundo
quantum de sanctificatione virginis quantum
ad congruentiam temporis Secundo vero quantum
ad efficaciam virtutis ¶ Circa primum
queruntur tria ¶ Primo queritur utrum
caro virginis sanctificata fuit ante
animationem ¶ Secundo queritur utrum anima
eius sanctificata fuit ante originalis
contractionem ¶ Tertio queritur utrum sancti-
ficata tota fuit ante nativitatis ar. 1.
originem

Quia primum sic proceditur et queritur
utrum caro virginis sanctifica-
ta fuit ante animationem et probatur quod sic

sic Ieremie i. Antequam formarem
in utero novi te constat quod beata
virgo excellentior fuit quam Ieremias ergo
prius fuit approbata et purificata
eius caro quam esset formata. sed non
fuit formata quam animata. ergo non
fuit carnis sanctificatio quam animatio
¶ Item super illud Luce i. exultavit
in gaudio infans in utero meo glossa
nondum erat in eo spiritus vite et
iam erat spiritus vite gratie ergo mul-
to fortius hoc fuit in domina in matre
que dignior fuit quam Iohannes ergo sanc-
tificata fuit ante spiritum vite et
ita ante animationem ¶ Item non est
minus potens virtus sanctificans quam
sit virtus inficiens et fedans
sed caro infecta est et fedata ante
animationem. ergo potest venire ante anime
infusionem multo fortius potest sanctifica-
ri cum apparata nata sit sibi. ¶ Si
ergo beate virgini hoc concessum est
quodcumque congruum est concedi pu-
re creature videtur quod caro eius
ante animationem sanctificata fuit ¶ Item
conceptio gloriose virginis fuit de le-
gittimo matrimonio temporaliter sed et
de matre sterili secundum quod narrat
quedam hystoria. videtur ergo quod ipsa
concepta fuit virtute spiritus sancti. Si ergo
illa conceptio que est secundum legem
matrimonii et secundum spiritum sanctum ad
mirandum sancta est et immaculata
videtur quod caro virginis maxime in
ipsa sua conceptione fuit sanctificata
sed ante fuit conceptio quam animatio
ergo fuit ante sanctificata quam ani-
mata ¶ Contra quod dicit Bernardus ad Lugdunenses de conceptione

sanctificare nunc potuit quia non
erat. sed nec in ipso conceptu propter
peccatum quod ibi erat. Sed constat quod id
non est dicendum propter peccatum quod esset
impossibile quia peccasset eam
concipere sine peccato. ergo dicitur propter
tantum peccatum quod erat in carne. ergo
non videtur quod sanctificatio fuit ante
infusionem anime ¶ Item sanctificatio
est per aliquod munus gratie spiritus sancti. sed spiritus sanctus non
habet esse in carne sed in anima. ergo
non videtur quod ante fuit caro gratia
infusa quam anime ¶ Item esse
gratie presupponit esse nature et presso
gratie presso nature. si ergo sanctificatio
dicit esse gratie nunc sicut impossibile
videtur quod caro sanctificaretur antequam
ab anima vivificata. ¶ Item nichil
pertinet ad sanctificationem quod non
pertinet ad glorificationem sed caro
ante animationem non pertinet ad glo-
rificationem nec vivorum unde fetus
abortivi ante animationem non re-
surgunt ut dicit Augustinus igitur
caro ante animationem non erat ydonea
ad sanctificationem ergo ~~non fuit~~ caro vir-
ginis ante animationem non fuit
sanctificata. non quia deus non
potuit carnem virginis purificare
quam animare. sed quia sanctificatio
habet esse per aliquod donum gratuitum
super additum quod quidem non habet
esse in carne sed in anima ideo
si caro beate virginis dicitur sanctificari
ante hoc intelligitur inchoative gratia
in eius anima vel inchoative gratia
consistente in animabus. Primitus con-
stat quod non inchoative gratia competit carni eius

corporali

anime quia tunc erat corpus ad
recto videlicet quod caro sanctificatur ante
anime creationem et tamen sanctificatio prin-
cipaliter gratie illius anime. Secundum cum quod
eadem sit prius et posterius in uno
et in eodem. Si autem intelligatur hoc si-
ne gratiam que collata fuit mali-
parentum. hoc non potest esse triplici
ratione. Primo quia ratio sanctificationis
non habet confundi a parte complex-
ionis quod complexio non est in parte sub-
animalis. ideo nec in parte hec sanc-
tificationis gratiam et hoc est quod dicit
Ad secundum ante conceptionem non
ne sanctificari potuit quia non
erat corpus quod est subiectum anime. Caro
enim in eius subiectum tamen taliter sed id
esse non sufficiebat ad sanctificatio-
nem gratiam que respicit animam
Secunda ratio est quia et si hoc esset
possibile quod sanctificatio divina a parte
complexionis sicut originalis iustitia in-
quantum divina inerat corporibus libe-
dinoso. quia tunc duo opposita es-
sent simul et semel in eodem et ideo
dicit Ad secundum forte nec amplioris mani-
talis. sanctitas ipsa conceptioni
se in unum sicut ut simul sanctificata
fuit et concepta Sed hoc ratio non ad-
mittit. quoniam utrumque sanctitas
absque spiritu sanctificante aut si sanctita-
tas cum peccato sunt aut quoniam
peccatum non sunt in libido non de-
fuit ¶ Tertia ratio est quia esto
quod sanctificata esset et libido defu-
erit virtute divina non tamen decuit
ut diceret ipse hoc quod hoc est solius bene
virginis prerogativa sola enim ipsa
ut sancti dicunt sine peccato concepit et

sine dolore peperit et ideo hoc potius
bene virginis concedi non debuit sed
soli virgini vel non ut. Ad secundum dico
glossam de s. s. concepisse non autem
conceptum fuisse dico peperisse virginem
non tamen peperit a virgine aliquid in si-
gnificat prerogativa unius de qua sin-
gulariter creditur quod aliam et unius
plus et carnis integritate Si enim
concederetur non est hoc virgine ho-
noris sed eius honori detrahere
et ideo simpliciter concedendum est quod caro
eius ante animationem non fuit
sanctificata et concedende sunt rationes
que hoc probant ¶ Ad illud secundo quod obicitur
in quantum de hoc cum cognoverint quan-
do formarent Ad secundum quod notitia illa non
potest aliquis certa ipsi sed certa potentia
dei predestinationis. sicut electio et
dilectio et predestinatio eterna non
possunt aliquis certa ipsi sed certa poten-
tiam dei predestinationis predestinatio
et ideo non sequitur quod hoc quod caro
eius vel virginis ante fuit sanctifica-
ta quam formata ¶ Ad illud quod
obicitur de Jo. quod nondum erant in ipso
spiritus unde Ad secundum quod in sacra scriptura
aliquis dicitur fieri quod innotescit et
non esse quod non apparet et ideo
dicitur spiritus non fuisse in ipso. quia
non apparebat ad hoc erant in ute-
ro. Spiritus gratie dicitur fuisse quod in matre
cum domino exultavit in ventre
¶ Ad illud quod obicitur quod caro potest in-
fici ante animationem ergo et sanctifi-
cari Ad secundum quod non est simile quia gratia
carnis corruptione est carnalis non
spiritualis ideo magis habet confundi

tam incarnata quoniam incarnata quam
sta coniunctibus sufficientibus procreatis
¶ Ad illud quod obicit quod concepti virginis
sunt co legittimo matrimonio conceptus
dicendum quod totum illud est probabile vi
delicet quod concepti sunt consili et co
itu coniugali absque omni culpa
actuali non tunc sequitur quod concepta
sunt absque tamen peccato quia ut supra
dicitur originale colligit qui conveniunt
coitu legittimo sicut qui conveniunt
coitu adulterino . sicut antea patet
fuit in quarto libro et si obiciat quod non
debuit illi esse causa originalis
quia sui est medie virtute spiritus sancti se
cundante et propter fecundationem ste
rilitatis matris que non fuit ab
hanc sed a deo. dicendum quod illud non va
let quia hoc simile patet obicit de io
[illegible] qui de sterilibus sunt con
cepti ¶ Tunc hoc non quod spiritus sanctus aliquid o
peratur ut spiritus aliquid ut sanctus et illud
quidem operatur ut spiritus quod opus fa
cit super naturam ¶ Tunc ut spiritus
sanctus operat cum non facit solum
opus super naturam sed etiam sanctificat
illud super quod operatur ¶ Dico igitur quod
in conceptione solius filii dei qui
est sanctus sanctorum non solum operatus
est ut spiritus sed ut spiritus sanctus in
conceptione eius sanctificatione conceptus sunt
beata virgo operatus est ut spiritus
sanctus ideo sola virgo maria dicitur
concepisse de spiritu sancto propterea illius
conceptionis sollempniter celebrat ecclesia
nisi solius filii dei in annunciatione
beate virginis marie ¶ Sunt tamen
aliqui qui conceptionem venerantur cele

brant conceptionem beate virginis quod
nec omnino laudat nec simpliciter damnat
deo reprehenditur nec omnino approbatur
audeo eo quod sancti patres qui alias
virginis sollempnitates supra dicti
te statuerunt qui etiam magni ama
tores et veneratores beate virginis
fuerunt conceptione virginis sollempnitatem
non dederunt beatus Bernardus papa marie
virginis amator et honoris eius
zelator illos reprehendit qui con
ceptionem virginis celebrabant
statuta et illud esse de sanctorum
celebrationibus omnia finita sunt
per sanctitate ut nullo die pro aliquo
sancto sollempnizet in quo ne pro
sanctus sancto non fuit ex honor ille
defertur ¶ Si ergo sancta non fuit
in virgine ante anime infusionem
non videtur ipsam quoque cum concep
cionem illius sollempnitatem celebrare
¶ Non ergo audeo omnino reprehendere quia
ut quidam dicunt haec sollempnitas non
cepit celebrari humana inventione
sed divina revelatione quod si verum est
sine dubio bonum est sollempnizare
in eius conceptione sed quia hoc au
tenticum non est non compellimur
credere quia ex contra fidem non
non est non compellimur negare sed
etiam esse quod illa sollempnitas per
refertur ad diem sanctificationis
quam conceptionis et quia dies con
ceptionis sunt ita et dies sancti
ficationis incerta ut patebit infra
ideo non irrationabiliter sollempnitas dici
sanctificationis statim patuit in die
conceptionis non in nuto quam [illegible]

[illegible marginal note]

conceptionis dicere non oporteat et
celebrari pro eo quod non sunt satis
in conceptu puer tamen inreprehensibiliter
tunc gaudendum pro eo quod tunc inchoatum
est quibus eam audiens vir-
ginem de qua salus totius mundi
processit conceptam gratias deo persolvit
negligitur et obmittitur consultare in
deo salutari suo. Item qui erga vir-
ginem gloriosam magis devote afficitur
et magis considerat iniuriam quam futura
magis etiam considerat bonum defec-
tum quam fundamentum etc. et si
filius regis claudus nasceretur quem se
a claudicatione processum tempus liberandum
non est de claudicatione dolendum
sed potius de nativitate gaudendum. per
hunc modum si quis in die concep-
tionis eius salleret et attenderet
magis sanctificationem futuram quam
conceptionem praeteritam non videtur dignus
redargui et ideo dixi quod tales
vel inculpare audeo vel laudare
credo tamen et confido de virgine
gloriosa quod si quis hanc sollempnitatem
celebrant non pro amore natalitatis
sed potius ex devotione virginis
non credens contra illud quod ecclesia
a potest consecrata scriptura quod beata
dicta virgo devotionem eius acceptat
et si aliquis est reprehensibilis spero
quod apud iustum iudicem dignabitur
excusare non hanc obmittunt doctores
b. potius eum intendit concludere
errorem ne quis credat virginem
sanctificatam in conceptione quam erga
virginem devotionem maximam minime
cum nullus minus potest esse devo-
tus ita tamen quod nemo credat

de ea quod sit tantum initiante(?) et sacre
scripture et fidei christiane quod omnem
devotionem maximam tam erga deum quam
erga matrem eius debet procedere
quod si aliquis obiciat aliorum sanctorum
conceptiones non esse celebres praeter se-
cundos sanctificationis potest eam dici quod
alii sancti pro malo non habebant si
aliquis specialis honor inde deberetur(?)
tribueretur quam sanctificationis ipsius
magis doctor et declaratio certas ante
cessit et ideo mirandum non est
si ipsius sanctificationis in cordibus fide-
lium devotionem ipsorum magis erga
virginem inflamat quam erga alios
sanctos et sanctas. hac etiam de causa ec-
clesie de virgine gloriosa facimus of-
ficium speciale in suo ordine romane
ecclesie. Legitur quod beato petro apostolorum princi-
pe et solum in tribus ter in anno
officium facimus quantumque quod hora qua-
cumque die aliquis fidelium eam to-
tis praecordiis et visibilibus honoret
virginem increpandum non est pre-
cipue ne ipsius virginis amatori
sic iniuria quae ampliatio et
amatrix est omnium fidelium suorum lau-
datorum sicut ille qui tales sunt
compunctio multiplici cognoverit
Secundo quantum ad ea laude vir-
ginis sanctificata fuit ante
originalis peccati contractum et quod sic
videtur duplici. decet caput virginis
decebat ut illius conceptus fieret
de matre purissima ea puritate
qua maior sub deo nequit intel-
ligi. sed maior est puritas ubi nec
actualis vel originalis culpa in-
venitur quam ubi est aliqua earum

Si igitur beata virgo fuit purissi
ma non videtur quod contraxerit origina
lem culpam. ergo videtur quod ab origina
lem culpam sanctificata fuit. Item
Aug. de na. et gra. de matre domini
cum de peccatis agitur nullam volo pe
nitus habere questionem. ergo non videtur in ea
fuisse peccatum vel actu vel contractu
tamen. Item ratione videtur honor
matris refertur ad filium ut dicit
Dam. sed omnis honor debetur filio
glorie virginis maxime quantum
ad nativitatem. preterea si igitur ad honorem
filii spectat habere matrem puram
et sanctam videtur quod mater Christi in
nullis fuit absque culpa tam
originali quam actuali. Item si
est pena extrema et pene medium
sed quemlibet pene habitus originale
peccatum in anima et in carne sicut
filii adam habent quod contingit in
venire carentes in anima et in car
ne sicut in Christo. ergo contingit reperi
re medium scilicet habentem in carne et
non in anima vel in anima et non
in carne sed habere in anima et non in
carne est impossibile quia originale
ortum habet a carne anima cum non
traducitur sed caro restat ergo quod aliqua
persona fuit que habuit originale
solum in carne et non in anima hec
autem fuit illa que maxime ac
cedit ad Christi puritatem et hec est
virgo maria etc. Item sanctifica
tio beate virginis excellit sanctifica
tionem aliorum sanctorum. ergo cum beatus
Johannes sanctificatus fuit quantum
ad nativitatem quanto quam ecclesia
celebrat videtur quod virgo maria non
tamen sanctificata. Sic fuit sed etiam quantum ad
natiuitatem in utero sed natiui
tas in utero est in anime infusi
one igitur beata virgo in instan
ti infusionis anime sanctificata
fuit dicunt quidam. ergo nunquam habuit
infectionem originalis culpe. Item
possibile fuit gratiam dari anime beate
virginis in primo instanti crea
tionis sed congruum est potentie quod
anime illi deus dedit quod conve
niebat ei suscipere. ergo videtur
quod in primo instanti dedit ei gra
tiam. ergo cum gratia non possit
simul stare cum culpa aut gratiam
perdidit aut originalem culpam non
contraxit sed non est dicere quod gratiam
perdidit. ergo videtur etc. quod non
habuit culpam originalem. Contra est
quod dicitur Ro. v. omnes in adam peccaverunt
hoc autem non est nisi quia fuimus
in adam secundum seminalem rationem
ergo si virgo fuit in adam secundum
rationem seminalem videtur quod contraxit
originale sicut et alii. Item Aug.
Nemo liberatur a massa perditionis nisi
per fidem redemptoris. ergo omnes quos
Christus eripuit per Christum eripiuntur sed
non liberatur quis a peccato quod non
habet. ergo videtur quod omnes alii a Christo
contraxerunt originale peccatum. Item b.
Bal. sicut pro omnibus libe
randis venit ita nullum liberum
a culpa reperit nec beatam vir
ginem reperit liberam. ergo originale
peccatum contraxit. Item hoc ipsum
videtur ratione quia si beata virgo
caruit originali peccato caruit merito
mortis ergo vel in iusticia fac

et tamen mortua est ubi dispen
satione pro salute generis humani
mortua est Sed prius fuit ad gne
liam dei quia si illud verum est deus
non est iustus retributor secundum
convenientiam quia si illud verum est
christus non est sufficiens re
demptor ergo utrumque falsum est et im
possibile restat ergo quod habuit peccatum ori
ginale ¶ Item nullus pertinet
ad redemptionem christi nisi qui habet
culpam si ergo beata virgo caruit
originali videtur quod ad redemptorem
christum non pertineat Sed magna est
gloria patris de eis quos redemit
ergo si non redemit beatam virginem
nobilissima gloria privat Si ergo
hoc est absurdum et impium dicere videtur
etc ¶ Item si beata virgo peccatum
originale non habuit et nulli clau
sa est ianua nisi ratione originalis
peccati ergo videtur quod si mortua fuis
set ante christum statim evolasset
ad celum ergo non videtur quod ianua om
nibus aperta fuit per christum et ita
falsum dicit apostolus ad Coll i. pla
cuit ei per ipsum reconciliare omnia
que in celis sive que in terris sunt
¶ Ad predictorum intelligentiam est no
tandum quod quidam dicere volunt in
anima gloriose virginis gratiam san
ctificationis prevenisse maculam ori
ginalis peccati tamen aut huius
assignant quia decebat animam
gloriose virginis sanctificari excel
lentissime super animas aliorum sanctorum
non solum quantum ad plenitudinem sancti
ficationis sed etiam quantum ad accelerationem

temporis ideo in instanti sue creatio
nis fuit sibi gratia infusa et in eodem in
stanti anima infusa est carni quia
cum nobilitas melior est superiora (margin: nobilio)
et vincat tarda in anima ipso sta
gratia et multo potentior est quam
natura Sicut est quod effectus gratie sup
magis prevaluit in carne quam effectus
gratie satans mali fecit in anima
et ideo culpa non contraxit. Sed ad
hoc videtur fulciri multiplici congru
entia tum propter christum proprium hono
rem quod decebat de matre purissima
fieri tum propter virginis privilegia
singulare que debuit indignitate
sanctificationis ceteros sanctos et sancte
prope Tum etiam propter ordinis decorem
ut sicut fuit persona communis ab ori
ginali et in carne et in anima sine
in causa et in effectu et persona vero
quod in utroque habuit originale Sic etiam persona
media que quodammodo habet et quo
dammodo non habet et ista est beata vir
go que mediatrix est inter nos
et christum sicut christus inter nos et
deum et hoc dicit. Sed contra illud Augus
tinus dicit quod beata virgo purissi
ma fuit ea puritate qua maior
sub deo nequit intelligi in hoc enim
notat gratia sue puritatis infra
verum esse respectu filii et superiorem
respectu aliorum sanctorum et ideo quasi
mediam. Propter huius multiplices co
gruentias volunt quidam apponere
addentes insuper illud quod non repug
nat veritati sacre scripture et fidei
christiane. Veritati inquam non repugnat
quo persona quod ponit si quis cum

inscientia attendat beata eciam v
go maria figurata fuit per archam
aurea non bene virginis figurata fu
it per urnam in qua positum fuit
manna tamen quoniam urna illa primus
fuit impleta manna quam posita
in archa prius satis preparata ac sa
ncta fuit anima bene virginis
quam tamen unita confideri cum xpi
ane ut dicit pro peccato non repugnat
pro eo quod duc ipsam virgine ab origi
nali peccato liberatam per graciam que quasi
pendebat et ortum habebat a fide
et capite xpo sicut ipse aliorum so
rum et ideo licet illa gracia preueni
ret anime instans non tamen per
uenit talis feditate et ideo racione
illius feditatis iuste remansisset
in virgine penalitates gracia cum sa
nctificacionis non eliminat semper sed cul
pe et hinc est quod beata virgo pena
litatibus fuit obnoxia et propterea
liberata a peccato originali Sed aliter quam
alii quia alii post casum erecti sunt
virgo maria que in ipso casu suste
tata est. ne rueret sicut quidam pro
debilibus cadentibus in luto et
per istam viam effugiunt auctoritates
et raciones que ceciderunt eos adducen
dutes non concludere quod beata virgo fuit
infectionis originalis peccati quantum
ad effectum sed quantum ad causam solum
Aliorum non pro est quod sanctificacio vir
ginis subsecuta est originalem con
traccionem et sic quia nullus in mu
ndis fuit a culpa originalis peccati
nisi solus filius virginis sicut
eciam dicit Apostolus Ro. iii Omnes pecca
uerunt et egent gracia dei ibi glosa
omnes peccatores inuenit graciam dei
in eo quem solus sine peccato venit
et omnes egent gracia dei id est ut ipse
liberet qui potest non tamen qui liberatore
indiget et sic ipsum dicit Aug. super
Io. tractatus illud ubi ecce agnus
dei ubi dicit quod solus peccata mundi
potuit auferre qui solus sine peccato
venit quia omnis peccato caret sic autem
medius dicitur quorum est et racionabi
lior et securior Securior inquam
quia omnes fere illud tenent quia
beata virgo habuit originale tamen illud
appeat contumelia ipsius penalitate
quam non est dicere ipsam passionem
esse propter aliorum redempcionem quasi
et non est dicere passionem sui
sed per contractionem Racionabilior et
est quia esse non precedit esse gracie
uel tale uel natura et propterea dicit Aug.
quod prius est nasci quam renasci
sicut prius esse quam bene esse prius
est igitur animam uniri carni quam
graciam dei sibi infundi Si igitur
caro illa infecta fuit consequenter in
feccione nata erat animam culpa
originali inficere necesse est quod patet
quod ante fuit originalis culpe infec
cio quam sanctificacio Securior et
est quia magis consonat fidei pie
tati et sanctorum auctoritate magis con
cordat pro eo quod communiter sancti cum de ma
teria loquuntur solum xpm excipiunt
ab illa generalitate qua dicitur omnes
peccauerunt in adam Nullus autem
inuenitur dixisse de hiis quos au
diuimus auribus nostris virginem
mariam a peccato originali fuisse im-
munem. Pietati eciam fidei magis

concordat peccato quod et si maior reverencia sit in reverencia et magis erga patrem reverencia sit devocio nichilominus maior est reverencia erga filium quam quo est ei omnis honor et gloria et ideo quia hoc spectat ad excellentem dignitatem christi quod ipse est unus redemptor et salvator et quod ipse omnibus aperuit ianuam et quod ipse unus pro omnibus mortuus est nullatenus ab hac absque generalitate virgo maria excludenda est ne dum matris excellentia ampliatur filii gloria minuatur et sic mater ponatur que magis velit filium extolli et honorari quam se ipsam ut patet creatore creatura. hinc est ponere ad honores ipsius honorem ihesu christi qui in nullo preiudicat honori matris dum filius matre ... ad excellit teneamus secundum quod communis opinio tenet virginem sanctificatam fuisse post originalis peccati contractionem unde rationes hoc probantes concedende sunt ¶ Ad illud vero quod obicitur in contrarium quod virgo purissima fuit dicendum quod tria attendenda sunt in ista auctoritate primo quia dicit sub deo et in hoc innuit quod defuit aliquid et ideo aliquam maculam habuit vel originalem vel actualem non actualem ut patet ergo originalem ideo videtur dicere quod caruit omni culpa actuali non originali. Secundo attendendum est quod dicit qua maior nequit intelligi secundum humanalem illud enim dicitur intelligi quod humana cogitatur id est non humanitus cogitari quod nata de

voluptate viri caruit originali peccato. Tercio attendendum est quod dicit quod de munere purissima facta est illa conceptio nam innuit quod fecit summa puritas et per ea in ea ipse concepit filium dei et tunc omnino purificata et mundissima fuit sicut patebit. et ideo non sequitur caruisse originali culpa ¶ Ad illud quod obicitur quod nulla reverencia est ergo cum agitur de peccatis secundum ultimum dicendum quod augustinus intelligit de peccato actuali non de originali sic patet concessio ¶ Ad illud quod obicitur quod honor matris refertur ad filium dicendum quod verum est non tamen sequitur quod omnis honor qui attribuitur filio attribuendus est matri quia sicut non est filius honorandus secundum patrem sic filio generaliter facere de honore sibi soli debitum quibus alii attribuerit quia hic honor secundum imminuere esse ab omni peccato tam originali quam actuali solius filii dei est quia solus conceptus et depressus et natus de virgine ideo virgini attribuendus non est. sufficiunt enim virgini alie dignitates quas sibi filius concessit et dedit in quibus super excellit omnes humanas laudes et devociones et ideo non oportet novos honores confingere ad honorem virginis que non indiget nostro mendacio que tota plena est veritate ¶ Ad illud quod obicitur quod si est pane ergo medium dicendum quod verum est si in eundem natum sit conficiatur de communis secundum debitum ordinem et convenienciam non sic autem est in proposito

d

nichil potest tam sine esse vel ef-
fectu sine causa non convenit neces-
sitate ¶ Ad illud quod obicitur quod sancti-
ficatio excellit sanctificationem aliorum
sanctorum quantum ad ymaginem et celsi-
tate. Dicendum quod verum est. Unde Ieronimus non
sequitur propter hoc quod sanctificata fuit in primo
instanti creationis anime quia
non excellit nisi in quantum dictum est
¶ Ad 2m quod obicitur quod potuit fuit in primo
instanti gratiam infundi. Dicendum quod absque
dubio non erat impossibile apud
deum tamen illud nec illud videlicet
quod posset fuisse virgine absque peccato
in utero. non tamen debemus hoc a-
liis concedere nisi ei soli per quem
omnium factum est salus videlicet domino
ihesu christo. ut non conveniret in conceptu
eius omnibus aliis sed ipsi soli sit
gloria et honor in secula seculorum

Tercio queritur utrum beata virgo
sanctificata fuit ante nativi-
tatem. quod sic Bernardus ad lugdunenses fuit procul
dubio mater dei antequam sancta quam
nata ¶ Item Bernardus quod pauci mor-
talibus hoc constat esse collatum fas certe non
est tante virgini fuisse nega-
tum. sed Iohannes et Ieremias sanctificati fuerunt
in utero sicut de Ieremia dicitur Ier. 1 an-
tequam exires de utero et Luce 1 spiritu
sancto replebitur adhuc ex utero ma-
tris sue. ergo videtur quod multo for-
tius virgo maria fuit in utero
sanctificata ¶ Item ecclesia celebrat
et sollempnizat virginis nativita-
tem. sed statim in peccato sollempnitas
non debetur ergo videtur quod in hora na-
tivitatis fuit sanctificata ¶ Item si
aliquid peccatum deplorent ei gratie

filii beate virginis debent parti-
cipare matris eius maxime de-
bent participes fieri. ergo sic tunc
maxime erat ydonea ut eius ipsa
et in ipsa gratia augmentaretur cum
eum gestabat intra uterum videtur
quod in ipso utero spiritus sancti gratia fuisset re-
pleta ¶ Contra quod ro. viii. ut sit ipse
primogenitus glosa quia primus
sine peccato natus et primus impassi-
bilis resurgens. ergo videtur quod beata
virgo non fuit nata sine pec-
cato cum nata fuit antequam
christus ergo non fuit sanctificata ante-
quam nata ¶ Item Augustinus ad dar-
danum. illa gratia qua efficimur tem-
plum dei singuli non nisi renatorum
est quod non nisi nati habemus esse
possumus. ergo priusquam beata virgo sit
factum templum dei non fuit ante-
quam nata ¶ Item nulla proprie-
tas pervenit quam dicitur contrahe-
re cum sua causa sed anima contrahit
originale a parentibus. ergo quamdiu
proles unita est matri non videtur
quod ab originali peccato possit mundari ergo
nec sanctificari ¶ Item esse ordi-
natum presupponit esse distinctum
sed gratia sanctificationis presupponit esse
distinctum. ergo nulli potest conferri
nisi habenti esse distinctum. ergo quamdiu pro-
les unita est matri non videtur
posse sanctificari ¶ Item sanctificari
in utero est effectus cognitus so-
li deo. ergo de nullo sancto asserendum
est esse sanctificatum in utero nisi de eo
de quo expresse legitur in scriptura tra-
dita a spiritu sancto. sed hoc non legitur de vir-
gine ergo etc. ¶ Primo hic queritur quid

pacius comprimit inscriptum sancti-
ficatos Jeremias et Johannes baptista qui alibus
sunt et si tu dicatis quod illi fuerunt com-
pali sanctificati tamen est quod unde
si sit cum multi fuerunt sed tamen in
novo quam in veteri testamento et sanctitas
valde eminentis Quarto dicendum quod pro
indubitato licet hoc etiam videtur quod beata vir-
go fuit in utero sanctificata et illud
patet per hoc quod eius nativitatem tota
ecclesia celebrat quod non faceret nisi san-
ctificata esset si autem quaeritur qua die
vel qua hora sanctificata fuit hoc ig-
noratur probabiliter tamen creditur quod cito
post infusionem anime sanctificata fuit
infusio gratie quod quod autem sic debeat
credendo sciendum est quod ante nativitatem
sanctificata fuit licet eius hoc compresse
non habeatur in scriptura hoc tamen
per complures que in scriptura leguntur
in scriptura namque non legitur quando
cum eius ..... a Johanne qui
fuit consummator prophetarum et initium
legis nove et beata virgo nata
et concepta fuit ante Johannem ideo ibi nichil
habetur de eius nativitate vel sanctificatione
in evangelio habetur tamen in novo
sive in veteri testamento unde sancti-
ficatus post christi in novo habetur de
sanctificatione Johannis In veteri de sanctificatione
Jeremie quorum utrumque legitur in utero
fuisse sanctificatum et propter hoc quod a
maiori colligitur quod beate virginem fuisse
concessum quia sicut dicit Augustinus quod
aliis legitur fuisse collatum non est
credendum virgini fuisse negatum
maxime cum sanctitas virginis
precedat Jeremie et Johannes puritate et

virginitate in aliis fuit virginitas
in hac tamen virginitate fecunditas
et si illi sanctificati fuerunt in utero quod ad
specialem sanctorum suorum comprehensionem prophetie ac-
cessit magis quanto magis illa
in utero sanctificari debuit que deum in
utero portavit Johannes namque inter ceteros
de deo prophetavit quia de matris utero
ad adventum domini exultavit et postea
manu suo digito ostendit Ecce et
post Johannes compressius prophetavit ut dicit
Jeremias Novum faciet dominus super terram mulier
circumdabit virum xxxi In hoc namque
quod dicit novum faciet dominus super terram
datur intelligi quod non consuevit fieri
et quod ille quem circumdedit non erat purus
homo quia mentis erat novum et in
hoc totum comprehendit quod dicit ysa-
ias Ecce virgo concipiet vii in
hoc autem quod subiungit et circumdabit
virum datur intelligere perfectum abundantiam
circumcisionis fuisse perfectum gratie et sa-
pientie prophetavit Michaeas quo
eius omnia gesta sua signa fuerunt
dominice passionis et propterea de hiis
duobus legimus specialiter quod fuerunt sanctifi-
cati in utero et propter hos duos datur manife-
ste intelligi sanctificatio beate virginis
Si quis autem velit dicere quod aliis
sanctis convenit sanctificatio a utero ut
Job qui dicit ab infantia crevit
mecum miseratio et de utero egressa
est mecum et sicut quidam dicunt de
Jacob et David hoc nec contendimus
licet nec asserimus neque negamus nisi quis ve-
lit scripture facere violentiam et
ideo eadem facilitate contempnitur qua
probatur et nec aliis videntur fuisse nisi
virginibus hoc gratia sanctificationis concessa

¶ Concedendum est igitur virginem gloriosam in utero fuisse sanctificatam et rationes que hic adducuntur concedende sunt. ¶ Ad illud quod obicitur in contrarium de glossa et Augustino dicendum quod est nativitas duplex scilicet nativitas in utero et nativitas ex utero. Nativitas in utero est coniunctione anime cum carne. Nativitas ex utero est egressus prolis de ventre. Ubi igitur de glossa et auctoritas Augustini intelligitur de nativitate in utero non de nativitate ex utero. In illa enim nativitate in utero fit originalis contractio et post illam potest esse sanctificatio. Possumus tamen dicere quod illud ubi Augustinus intelligitur de peccato regnante secundum legem quoniam et hoc melius patet in libro iii. d. iii. ¶ Ad illud quod obicitur quod non primum proprietas quam dum coniuncta est eius sue origine dicendum quod verum est de illa proprietate que habet consequi communi influentia, tamen sunt causa tales aut non habet esse impotentia et ideo non habet hic locum. ¶ Ad illud quod obicitur quod eius ordinatio proprius esse distinctum dicendum quod verum est secundum quod exhibet non sequitur gratiam sanctificatam secundum nativitatem carnalem eo quod ante nativitatem carnalem plures distinguuntur et quantum ad animam et ad corpus, licet illa distinctio ante nativitatem ex utero oculis corporis non appareat. ¶ Ad illa duo obiecta iam patet responsio per ea que dicta sunt.

arl q 2

Consequenter queritur quantum ad effectum sanctitatis efficaciam et circa hoc queruntur tria. ¶ Primo queritur si per sanctificationis gratiam in utero fuit libera ab omni culpa actuali. ¶ Secundo queritur utrum per primam sanctificationem extincta fuit fomitis concupiscentia. ¶ Tertio queritur utrum per secundam sanctificationem ablata sit sibi peccandi potentia.

Circa primum sic proceditur et ostenditur quod per sanctificationis gratiam munda fuit ab omni actuali culpa. Primo per Augustinum de natura et gratia: De sancta Maria virgine nullam prorsus cum de peccato agitur habere volo questionem. Unde enim scimus quod ei plus gratie sit collatum ad vincendum omni ex parte peccatum que meruit parere quem constat nullum habuisse peccatum. Si ergo meruit concipere et parere de peccato videtur quod in utero fuit ab omni culpa. ¶ Item Bernardus ad Lugdunenses: puto quod copiosior benedictionis gratia in eam descendit que eius non solum sanctificaret ortum sed et eius deinceps ab omni peccato custodiret immunem. Ergo videtur quod nunquam peccavit actualiter. ¶ Item sanctificatio virginis in utero eminentior fuit quam sanctificatio beati Iohannis; sed de beato Iohanne baptista legitur nec levi saltem maculare vitam famine potuit. Si igitur beatus Iohannes vitavit venialia, videtur quod Maria virgo omnia vitavit per gratiam sibi datam. ¶ Item de ea Canticorum dicitur: Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. Convenientius quam de virgine Maria non est macula vel culpa actualis vel venialis vel mortalis de eo non potest vere dici. Ergo videtur quod in virgine Maria nulla fuit culpa per gratiam sibi datam. ¶ Sed contra super illud Luce i. Spiritus sanctus superveniet in te glossa: superveniens spiritus sanctus in virgine eam ab omni sorde viciorum castificavit. Sed hoc fuit in

conceptione filii ergo non erat
in nimis aliquam culpa ¶ Item
Aug in li° de perfectione iustitie ho
minis esse sine peccato in hac vita
de solo unigenito dictum est. Quod non
videtur quod hic contrariat beate virgini ¶ Iste
virgo in littera Maria tota sit per
veniens aperto presens pugnant
et hic intelligitur pro tempore conceptionis fi
lii dei sed vultus propria aperto
nisi qui habet peccatum ergo etc ¶ Iste
beata virgo bona conscientia dicere
potuit. Dimitte nobis debita nostra
etc cum sit quedam forma orandi ce
lebris spiritu collata. ergo non fuit
sine culpa. ergo etc ¶ Respondeo dicendum quod
beata virgo maria per sanctificationes gratie
copiosam in nimis fuit ab omni
culpa actuali tam veniali quam
mortali sicut aperte dicit Anctus
Aug. et hoc conveniebat ad notitiam
quibus hominem ut illum habitat per
tantum quod eius gratiam vemorderet
vel audivi narrari quod ipsa circa
personam revelavit quod non reprehen
debat eam cor suum omni vita sua
Congruum est et erat ut beata
virgo maria per quod afficetur no
bis obsequiis vinceret ita dyabolum
ut nec ei succumberet ad modicum
unde de ipsa exponit tunc li° quam
virgo illud Ben in ipsa conteret
caput draconis Si igitur suggere
est caput dyabolo nulla suggestio
locum habet in mente virginis
et ita tam a mortali in nimis fuit
quam a veniali ¶ Congruum etiam
fuit ut illa que placuit altissimo
ideo ut fieret eius sponsa et ma

filii dei unigeniti sic esset in ma
culata mente sicut intemerata
carne quod igitur beata virgo maria
adnotata est peccatorum. gloria et co
na iustorum sponsa dei et tocius
trinitatis triclinium et specialissimum filii
reclinatorium. hinc est quod specialis
gratia dei nullum in ea peccatum habuit
locum unde gaudeant fuerint verence que
hic audiunt ¶ Ad illud quod primo in
quod aliud quod virgo maria caruit
fuit ab omni sorde maiorum dicendum quod
differt dicere peccatum et meum nam
peccatum dicit culpa meum dicit culpe
sequela glossa igitur illa non vult dicere
quod in secunda sanctificatione indiguit
gratia ad culpa delendam sed ad cul
pe sequela exoriginali relictam
¶ Ad illud quod obiicitur de Aug quod esse in
hac vita sine peccato pertinet ad solum
unigenitum dicendum quod dupliciter est loqui
de hac vita. Aut secundum omne tempus
et statum. Aut post usum liberi
ar. si secundum tempus omne hic convenit
soli filio dei quia iste solus
caruit originali peccato si post usum
li' arbitrii sic convenit gloriose vir
gini gratia speciali per quam in nimis
fuit non solum a mortali verum etiam
actuali ¶ Ad illud quod obiicitur de orac
tione dominica quod ipsa virgine pro
nuntiavit dicendum quod peccatum dicitur dupliciter. A
liquando dicitur culpa sicut quando tam
fuerint accipi Aliquando pena peccati
sic Ro vi. de peccato dampnavit
peccatum Aliquando dicitur causa peccati sic
Ro vii Si quod nolo malum facio
non ego operor illud sed quod habitat in

ne peccati Dico ergo quod virgo
maria post secundam sanctificationem
non dicitur munda a peccato ratione alicuius
macule sed solum ratione alicuius pe
ne sicut melius infra manifestabitur
¶ Ad illud quod obicitur de petitione illa
dimitte nobis debita nostra etc. dicendum
quod in petitione ista virgo maria
poterat petere remissionem debiti quod
debebat non ratione sui sed ratione a
liorum membrorum pro quibus po
terat petere ut debita dimitterentur
et bona propter illam orationem for
mare vel non iste ymna sic dicit
Aug. illa non continet sub illa gene
ralitate quod dicitur si dixerimus quia peccatum
non habemus nos ipsos seducimus
et veritas in nobis non est vel Aug.
vult quod ad alios fratres pertineat illa
oratio ipse ad beatam virginem non ipse
et ideo non comprehenditur sub generali
tate predicta

Secundo queritur utrum in prima sancti
ficatione in virgine fuit
fomitis concupiscentia extincta et quod sic
videtur Luce I dicitur ab angelo ei a
ve maria gratia plena igitur ante ad
ventum filii dei fuit repleta gratia
et plena amore divino sed ubi est ali
quando concupiscentia ibi non potest esse
gratia dei plena. videtur igitur quod in prima
virginis sanctificatione fomitis con
cupiscentia fuit omnino extincta ¶ Item
ubicumque est fomes est necessitas
ad aliquod peccatum veniale ergo cum
in ea nulla fuit peccandi necessitas
quia nulla in ea erat culpa ergo vi
detur quod fomitis concupiscentia omnino fuit in ea
extincta ¶ Item fomes reddit illa

difficile ad bonum in quo est sed in
beata virgine nulla fuit difficultas
ad bonum. ergo videtur quod post primam san
ctificationem non remanserit in ea con
cupiscentia ¶ Item si tanta gratia
fomitem minuit et maior gratia
magis minuit et perfecta simpliciter ex
tinguit. sed glose virgini in ipsa
sua sanctificatione prius collata fuit gratia
perfecta. ergo omnino fuit in ea extinc
ta concupiscentia ¶ Sed contra Damascenus dicit
et habetur etiam in littera post consensum
virginis pervenit spiritus sanctus in ipsam secundum
verbum quod dixerat angelus eam
purgans eam. sed non purgant a
culpa ergo purgant ab originali sequela
que autem est fomitis concupiscentia ergo etc.
¶ Item magister in littera mariam quoque
totam spiritus sanctus preveniens purgavit et
a fomite peccati liberavit vel fomitem
ipsum penitus extinguendo vel
contenendo sed dicit de secunda sanctificatione
ergo ante ipsam non fuit fomes
extinctus ¶ Item Bernardus in quadam
epistola in qua loquitur virginis erat
omnis hanc frequentia fugere ne per
turbaretur orantis silentium aut vir
ginalis castitas temptaretur. ergo vi
detur quod occasione accepta ab oculo excitata
vi poterat in ea concupiscentia prima quod
non fuit omnino extinctus ¶ Item
si omnino in ea fuisset extinctus
fomes concupiscentie quod secunda sanctificatio
non fuisset optima. si igitur optima
fuit videtur quod aliquid remansit
in ea fomitis concupiscentia ¶ Responsio
dicendum quod circa hanc questionem est triplex
modus dicendi Quidam enim dice
re volunt quod nec in prima nec in secunda

sanctificatione extinctus in ea erat fo-
mes concupiscentie sed solum consopitus
secundum plus et minus quia fomes
tam habet in carne unde non dic-
tum habet apponens ad gratiam san-
ctificationis sed secundum inclinationem ideo si
gratia magna est fomes minus in-
clinat quoniam pristinum illum non
delectatur eius essentia. ¶ Quod igitur
in virgine magna fuit gratia in
prima sanctificatione et valde magna
in secunda. hinc est quod in prima fuit
consopitus et in secunda magis consopi-
tus quoniam non omnino fuit extinc-
tus vel enervatus. sed quia caro christi
sumpta est de carne virginis in christo
etiam nulla fuit concupiscentia fomitis
tamen caro christi dicatur caro virginis
assimilari post virginis sanctificationem
sicut caro aliorum assimilatur carni ali-
orum parentum. unde quod spiritus sanctus su-
perveniens tempore eius adventus penitus ex-
tinxit fomitem et ita secunda omnino
non videtur habere probabilitatem. ¶ Secundus
modus dicendi est quod tamen in prima quam
in secunda sanctificatione fuit in ea extinctus
fomes sed aliter et aliter. ¶ In prima
namque extinctus fuit in quantum
respicit personam in secunda in quantum
respicit naturam. ¶ In prima igitur sancti-
ficatione mundata fuit ita ut num-
quam peccaret. ¶ In secunda vero mundata
fuit ut generaret prolem conti-
neret sine peccato non solum actuali sed
etiam veniali. ¶ In prima etiam sanctifica-
tione extinctus fuit fomes in
quantum reddit personam ad malum ¶ In secunda
in quantum difficilem ad bonum. Sed illud
difficile est intelligere quia si ipso est

persona sumus ad malum difficiles sumus
ad bonum. Dicunt quidam quod potest intelli-
gi quod fomes possit extingui in quan-
tum respicit personam et non sit extinc-
tus in quantum respicit ipsam naturam tan-
illi sit unus fomes dicitur consopitus
et extinctus dicatur ipsius fomitis era-
dicatio non videtur usque quaque intel-
ligibile quomodo fomes extinguatur
in prima sanctificatione et nihilominus rema-
neat respectu prolis propagande si enim
extinguitur ergo non manet aliquomodo
nisi forte quis accipiat extinctionem
largo modo pro ablatione inclinationis ad
malum respectu persone nunc qua est et
ita fortassis intelligitur secunda opinio quae
satis probabilis et tenabilis credo.
¶ Tertius autem modus dicendi videlicet
quod in prima sanctificatione fuit fomes in
virgine consopitus in secunda extinc-
tus et eradicatus fomes enim era-
dicatur in carne et ascendit usque ad
mentem. ¶ In prima sanctificatione virginis
collata est tanta gratia perfectionis
quod redundaret in eius sensualitate in tan-
tum redundantia ut fomitem adeo de-
primeret quod nullum effectum vel intenti-
onem haberet aliquem. ¶ In secunda autem sanctificatione in
spiritus sanctus non tantum descendit in
mentem sed in carnem de carne operatus
est de ea mirabiliter carnem sine
macula fabricando reliquit ipsius
carnem immaculatam constupando et
concutiendo fomitem et amorem concupiscentiam et
hic firmant verba b. virginis et Damasceni
sicut patet in Anselmo in opposito huius
unde omnes probantes quod in prima san-

ficatione non sunt fomes omnino extinctus credende sunt. ¶ Ad 2ᵐ quod aliud quod virgo maria fuit gratia plena in prima sanctificatione. Dicendum quod aliter fuit plena in prima sanctificatione aliter in secunda. In prima fuit plena gratia quod repellebat actum. In secunda removendo quod repellebat ad concipiendum filium dei et ideo prima sanctificatio replebat virginem gratia animam. Secunda autem replebat virginem totam gratia quod dicit Augustinus mentem totam scilicet ventrem. ¶ Ad illud quod aliud quod fomes impellit ad malum ad peccatum veniale et ad difficultatem ad bonum. Dicendum quod illud est verum ubi est fomes in vigore suo ubi non reprimitur aliquo modo ... et ideo nullus locus in virgine ubi fuit gratia propter tranquillitatem eius animam et ... et sic patet responsio ad illa duo. ¶ Ad illud quod aliud de perfectione gratiae. Dicendum quod gratia quae ducere respiciat animam minuit fomitem quantum ad motum tamen sed non oportet ut minuatur quantum ad radicem et ideo non sequitur quod per perfectionem illius gratiae fomitis continuo euellatur sed solum ut eius actus comprimatur et hoc quidem concessum est tamquam verum.

Consequenter quaeritur utrum in secunda sanctificatione ablata fuit alicui peccandi potentia et quod sic videtur primo per Ambrosium in libro de virginitate beate virginis impossibile fuit utero virginis quae filium dei in habitando concepit aliquo tempore ... Sed filius verbo fuit de aliis quibus peccatorum. Ergo videtur quod nullo alio peccato quae patitur maria in sui conceptione filii dei. ¶ Item intuitu esset Christo si fieret matre peccatrice sed ergo Christo in nullo potest fieri convenientia. Videtur quod post suam conceptionem in beata virgine non potuit esse culpa. ¶ Item si beata virgo potuit peccare potuit mortaliter peccare ergo potuit damnari si ergo matrem dei et reginam celorum damnari in inferno omnino est impossibile ergo et illud ex quo sequitur scilicet quod potuit peccare posse peccare ergo etc. ¶ Item dignior fuit mater Christi quam mater dei esset est quod sit aliquis angelus malo si ergo angeli boni in gratia sunt confirmati multo magis et mater dei ergo etc.

¶ Sed contra Lucae 2 Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hic ubi tractatus Damascenus dolores quos virgo effugit pariens hos in Christi passione sustinuit ita quod gladius animam eius pertransiunt ergo ipsius anima fuit in Christi passione turbata si ergo potuit perturbari videtur quod potuit ad veniale peccatum. ¶ Item Augustinus in omelia ... tractatus illud tuam ipsius animam pertransibit gladius dicit sic hoc utique signat quod in passione Christi est misterium incarnationis dubitatio non tamen in dubitatione permanet. Si ergo ipsa quae genuit filium dei potuit dubitare in fide potuit peccare. ¶ Item potentia ... peccandi sed beata virgo maria in conceptione non potuit ergo videtur quod peccare potuit. Item impossibilitas peccandi

pertinet ad statum comprehensoris
sed beata virgo quamvis quod filium dei ge-
nuit non est privata ab statum
viatoris. Ergo videtur quod non sit ei
ablata potestas peccandi ¶ Respondeo dicendum quod
in secunda sanctificatione non tantum
fuit data virgini gratia sanctificans
sed etiam gratia in bono confirmans
et hoc quia filio suo adeo fuit con-
iuncta ut nullo modo permitteret eam
a se recedere. Propter quod notandum sunt
gradus divinorum beneficiorum respectu
eorum qui sunt sancti. Quorundam facultate
habent vitandi omne peccatum et impos-
sibilitate committendi aliquod peccatum
Alii vero filii habent difficultatem ad in-
trandum peccatum et nativitate ad committendum
et hoc quando incipit omnes generatus
de massa peccati abstrahat. Igitur massa libe-
ra fuit maria virgo in prima sanctificatione
liberata et fuit in secunda. Sed in prima
fuit conformis aliis sanctificatis. In secunda
fuit est conformis filio quem genuit
In prima namque sanctificatione data est
ei potestas et facultas vitandi omne
peccatum mortale data est etiam potestas
vitandi frequentia venialium. Data e-
tiam inchoamenti facultas vitandi omne
peccatum non tamen perfecte. Sed ex ultra et
in hiis tribus gradibus patent
tres gradus sanctificationis videlicet Io.
baptiste Jeremie et matris ~~tota~~. Nam prima con-
ditio fuit sanctificata vero Io. Sed ista tota
virginem marie que plus accessit
ad filii puritate perfecte mundum. Sed tam
tum sanctorum gestaverit in utero suo
tunc sanctificata fuit conformis filio
suo non tantum quantum ad potentiam
ad peccatum sed etiam quantum ad impotentiam

labendi in aliquod peccatum unde sicut
impossibile fuit propter honorem filii sui ut
aliud haberet filium sic impossibile fuit ut
unquam haberet ullum peccatum sicut etiam
impossibile fuit ut carnis virginitas
violaretur unquam filius dei generaverat
Sic impossibile fuit ut mentis sanctitas
aliqua culpa maculari. Ad tertium dicendum
verum quod quando iudei asserunt hoc virgo
fuisse in virgine maria quod tunc esset
pulcherrima a nullo unquam viro fuit
concupita nec libidinosa est illud infi-
delium testimonium. Sed contra testimonium al-
liis qui sancti sunt. Concedendum sunt
igitur verbis credentes quod beata virgo
maria post filii dei conceptum peccare
non potuit non propter aliquam potentie a-
missionem sed propter potentie confirmationem et de-
fectus ablationem ¶ Ad illud quod quarto quod primo
obicitur quod beata virgo fuit perturbata
dicendum quod in immensitas illa doloris non
referatur ad partem anime rationalem sed sensualem
unde actum stat in illa parte sensibili que
communicat ad corpus unde non fuit
perturbata sensibili quod perturbatio dicit
deordinationem in parte rationali ¶ Ad illud quod
obicitur de auctoritate quod non. et vet. test. quod
beata virgo dubitavit dicendum quod non con-
stat illud li. de Aug. Propter hoc quod multa
ibi sunt que non videntur esse verba
Aug. in multis nec fuga potest videri
in dicta potest quod est dubitationis proveniens
confidere vel dubitare debite vel quedam
dubitationis proveniens ex admiratione
in immensitate que dicitur hic dubitatione tum
obstupescit et quasi sit alienatus contra
se continuata vel admiratio et hoc
modo intelligendum est virginem dubitasse

non ipse de fonte fidei indubitanter
eum credendum est quod virgo maria
semper stetit unde in ea fides sibi
innitentes solidum fundamentum unde
dixerunt dubitantibus et non creden-
tibus ipsa fuit in qua fides ecclesie
remanserat solida et incorrupta et
ideo in die sabbati in honore eius
sollempniter colitur ab ecclesia. ¶ Ad illud
quod aliquis quod potuit mori dicendum quod non
est simile pro eo quod non fuit decens fi-
lium dei habere matrem in mortale cum
ipse esset in mortalis. Et valde inde-
cens esset si matrem haberet peccatricem
quamvis Jo^n dicat quod solum peccatores
invenit in generalem salvator. Hoc autem
non est ipse precium sed ipse aliquis spiritualiter
fons ut quod ille infectus corporibus innume-
ris spiritualia et complete in eis illa perspi-
ciens illud ysa^e. xvi emitte agnum
domine dominatorem terre et preterium desp-
ti intelligitur sicut dicit Jo^n quod
quid cum sit de spiritualibus venenosis
invulnere tamen dubium est de matre
dei quia tales debent esse que non
possunt vendicari de peccato cum fuisset
ad ipsum ps^o. ¶ Ad illud quod obicitur
de impossibili pecc^a. dis dicendum quod unum est quod
est de lege quoniam sed nichil impedit quin
de gracia spirituali posset aliam concedi
in vita quod aliis conceditur datur in pa-
tria et ille ysaac perpetue que in
terris degens regina erat corporum
quam confortant melius

Iuxta ista sunt dubitaciones
circa licenciam et primo queritur de hoc
quod dicitur in littera Spiritus sanctus maria
a fomite peccati purgavit Sed cum fomes
velinquitur in nobis ad pugnam et
meritum et beata virgo fuit ma-
ximi meriti non videtur quod debuit
a fomite liberari. ¶ Item stimulus
carnis datus fuit apostolo ad
virtutis diuine confirmacionem. Ergo non
videtur quod debuit auferri beate vir-
gini. ¶ Ad primum dicendum quod aliquid est
promotivum ad bonum dupliciter scilicet secundum
aliquem statum aliquid non secundum
statum nature lapse et egre sicut
aliquid est promotivum ad sanita-
tem dupliciter videlicet quoniam sicut
cibus bone complexionis aliquid medi-
cinale secundum statum egritudinis sic hic
medicinalia dicendum est igitur
quod fomes est ad promocionem boni
non simpliciter sed secundum statum nature
lapse in qua homo facilis est ad
desideria et ad superba et ideo
est ei utilis talis stimulus pro
excitacione ad compellendum pigri-
ciam et ipse humilitate ad compel-
lendam superbiam. Quod igitur beata
virgo erat repleta caritate
et humilitate et confirmata in utroque
iste fomitis stimulo non egebat
ideo non est simile de aliis et de
ipsa. Item queritur de illo verbo et
virtus altissimi obumbrabit
tibi queritur cum propheta dicat cum
altissimum esse cum potens sit
in mira divine humiliacionis quam
altitudinis ¶ Item queritur de hoc
quod subiungit obumbrabit tibi
quam cum filius sit candor lucis
eterne ei non congruit obumbrare
sed potius illuminare ¶ Ad primum dicendum quod
nomine altissimi intelligitur pater

per appropriacionem proprietatis eius appropriata per-
sone et in persona patris propriatur. est autem
virtus per virtutem autem intelligitur
filius quem xpistum dicimus dei vir-
tutem et dei sapienciam. que quia sermo
processerat de spiritu sancto subiungit
de patre et filio ut sicut ille tres
unum substanciant sic intelli-
gantur unum operasse opera indivisibiliter
et hec per fabricam constitutionem uteri virgi-
nalis. Tertio autem quare magis patrem
vocavit altissimum quam patrem ap-
pellavit ut ostendatur in opere incar-
nacionis mira dei fuisse digna-
cio in hoc quod miram humilitatem
sue celsitudinis voluit copulare. vir-
tus vero altissimi virginem potius
dicitur obumbrare quam illuminare ob
umbracio enim ipsa admittit(?) et
calorem refrigerat et in adven-
tu filij dei virgo maria refri-
gerata fuit fomitis concupiscencie.
fuit etiam adde(?) continuo adiuta
per carnis generacionem et(?) aliis ut quod
non poterat dum sentire in se propter
sue lucis immensitatem sentiret
et cognosceret in se per assumptam
carnis humanitatem. Item quod dicitur eo
quod dicit Damascenus copulant compurissimis
sanguinibus animatam carnem conglo-
bari(?) quod concepta fuit sic consan-
guinee virginis. Sed(?) quod hoc est
illud Augustini quod sequitur quod assumpsit
sibi carnem de carne virginis.
Item proximior est caro carni
quam sanguis quare prius debuit
assumere carnem de carne quam san-
guine. Responsio. dicendum quod purissimos san-
guines intellexit humores qui propie

qui sunt ad corporis formacionem
ex quibus caro xpisti formata
fuit. ille autem humor alij vocant
caro aliquid sanguinis alij semen
et hec secundum diversam consideracionem sanguis
enim dicitur in comparacione ad illud quod
precessit caro in comparacione ad illud
quod completum fit semen vero quoad
formam quam habuit. Ad secundum dicendum quod obicitur
quod caro est carni propinquior. dicendum quod
verum est in via speciei sed non in via
generacionis quia caro numquam convertitur
in carnem nisi prius convertatur in hu-
more. Item quod dicitur quod coniungit
copulavit sibi carnem animatam materie
antique assumpcionis non senilis sed
primum(?) si(?) carnis verum enim primum esse
fuit quia antiqua assumpcio sonat in
vicium sicut dicit Apostolus prima ad Corinthios v.
Expurgate vetus fermentum
si caro xpisti numquam fuit viciata
quare(?) vetus. Item obicitur de hoc quod sub-
iungit primum(?) scilicet carnis quia fuit
in die creacionis omne est de nichilo
aliquid facere caro autem xpisti non fuit
de nichilo sed de carne virginis
assumpta. Responsio. dicendum quod antiqua assump-
cio dicitur hic a parte ponens vetustatem
in vigore sive Apostolus autem fermen-
tum vocat male consuetudinis corruptele
que attenditur in viciosa parte
xpistus autem assumpsit carnem pena-
lem sed non peccatricem et hoc vult dicere
Damascenus. Ad illud quod obicitur de hoc
verbo creare. dicendum quod creare dicitur pactum(?)
quando ipse quoniam deo non quia sit
omnino de nichilo unde accipitur illa
creacio pro conditione et creator
tamen nec sibi quidem conditor et

h' ipm vult dic. Dam. q caro illa
viciata est et no seminalr s3 co
ditic ¶ Item queritur de hoc q dicit
ff amb sol et sic aggregale poss
q dic non pot q pcm no hemo
concepta sola virgine q h' est dem
sententialibus vitentur lrapis q' illam
hut pctm necz actuale necz ori
ginale ¶ Item obr de absolutis
statim p baptm quia dchys q
sunt stati ab saluti ab omnibus pctis
vide q possent dici pctm no hre
R' dd q ista illud tripli pt
fieri vns ut sumus coco capra intel
ligd p'mo cohoc q dicit q no pos
sumus dic quia nemo cctus est utz
cum pcto careat sicut dt aplus
Cor. iiij nichil michi conscius sum
hoc aut potuit dic virgo co spali
dono gre ¶ Alr poc intelligi ut fiat
vis in hac q dr pctm. pctm eni
dr actus pcti et macula et causa
pcti et lrens sollis no tm accipit
pctm p macula s3 etc p causa sine
sequela nullus aut alius a ppo
pter virginem dic potuit q cam
l' fomite non hret In pra cui sola
concuta fuit geppa Tc pt si nos
in hac q dicit ~~prus~~ quia poc dic
prus ut nunc vel simplr prus. si di
cat prus ut nunc non vide esse
impole qn possit esse i munes in
aliqua hora ab omni actuali S3 at
dicat prus simplr sic sole competit vir
gini que ptoma tunc post nte sue
nullud actuale pctm commisit. h' aut
de nullo alioz scoz poc dia vrcit
qui in hac vita aliquandiu mansit
Cum aut illa caro d' III

habe[n]

ar. q 3

cum concellentia iof Supmus ont
virgo qualr btad virgo fuit sa
ficata cocquia caro xpi est assump
ta In hac ergo pte ad maiorem
intelligenciam inquirit utz caro xpi
in abraham fuit decimata Dividi
aut hec ps in tres ptes In quaz
p'ma inquirit magr utz caro xpi
potuit decimari vl debuit in abra
ham Scdo vo post hic decimacoz
elicat quanda conclonez s. q caro xpi
non fuit caro peccati ibi quo cca
p'uncta mie masse vere assumpsis
se iof Tercia vo et ultima dis
solvit quandam dubitacionem de forma
cione corpis dnica ille aut sententie
subdiciones aut ptem manifeste
sunt in lra

Ad intelligenciam huius ptis mo
tiua que mr decimat h' co
f' quitur de xpi decimacoe Scdo
decimus xpi tradicone mo de dnica
corpis formacoe Circa p'mum
queruntur duo P'mo queritur utz ali
quis possit decimari in paternibus Scd
queritur utz xpus in abraham
fuit decimatus

Circa p'mum sic pcedi et queritur
utz aliquis decimari hat
in paternibus et pba q sic p illud aplr
Hebr. vij p abraham et levi
qui decimas accepit decimatus
est ¶ Item h' ipm vide p Aug. x.
sup Gen ad litteram et habetur in glo
Sicut adam pate peccavit qui
erant in lumbis eius sic abraham
dante decimas qui in lumbis eius
erant decimati sunt Sz constat
q plos potuit peccare in adam co et

decimatur in abraham ¶ Item si
ipsum videtur ratione quia plures infir-
mitatibus potest liberari et infirmitatem
redigi quia filius natus est ser-
vilis conditionis. ergo pari ratione videtur
quod in spiritualibus et carnalibus decimas
filii habeant decimari ¶ Item decima-
tio est actus figuralis sed figura-
tio tantum est respectu preteriti sed preteriti
et futuri. ergo videtur quod non tantum
possit decimari filius in propria
persona sed etiam est in parte tamquam
in causa etc. [illegible] ¶ Contra dicit Augustinus super
Genesim ad litteram In lumbis abra-
he illud decimabitur quod curabatur
quod filii abrahe non sunt curati
ab originali ipsum nati sunt. tantum
peccato originali ergo non videtur quod in ab-
raham fuerint decimati ¶ Item cum
datur decima de frumento non potest si
datur decima de illo frumento
quod de nasci. ergo pari ratione cum datur
decima pro homine non videtur quod ille
qui nasciturus est ex eo decimetur
in eo sicut cum homo est in homine
seminaliter sicut granum in grano. ergo
ratio ista bona videtur ¶ Item sicut
circumcisio remedium est contra origi-
nale in lege figure et baptismus in
lege gratie sic decimatio in lege
nature unde dicit Hugo de sancto
Victore Si nullus in ventre ma-
tris potuit baptizari nec circumcidi ergo
nec decimari ¶ Item aut decimari
est per decimam curari aut decimari
est ad decimam obligari aut deci-
mari est de aliquo partem decimam
dare aut decimari est per decimam
prefigurari. sed nullo istorum modorum

fuit levi in abraham decimatus
quia nec per decimam curatus nec ad da-
ndum decimas obligatus cum potius
reciperet nec decimam dedit nec per
decimam significatus fuit. ergo nullo modo
videtur decimatus fuisse in abraham
et si ille non fuit decimatus pari ratione
nec aliquis alius ¶ Ad predictorum in-
telligentiam est notandum quod decimatio fuit
actus moralis sacramentalis et figura-
lis. Secundum quod fuit actus moralis
sic decimatio dicit alicuius certe partis do-
nationem ad sustentationem eorum qui ser-
viunt deo et deputati sunt cultui
divino et sic non decimatio aliquo mo-
do pertinet nisi isto modo ¶ Secundum autem quod de-
cimatio est actus sacramentalis sic de-
cimatio est alicuius partis donatio
ad curationem morbi originalis. Secundum
autem quod decimatio est actus figuralis
sic decimatio est decime partis donatio ad
prefigurationem curationis illius que futura
erat per oblationem christi. duobus primis
modis accepta decimatio respicit tantum
presens quia non datur decima nisi de
hoc quod presens est et non curatur nisi qui iam
habet morbum. tertio autem modo decimatio
accepta non tantum est presentis sed etiam
futuri precipue quia figuratio est significatio et
significatio non tantum se extendit ad pre-
terita sed etiam ad futura et hoc modo
dicuntur filii abrahe decimati in
abraham quia per illam decimationem
prefigurati fuerunt omnes filii abrahe
curandi esse per eum quem significabat
per melchisedech i. per verum sacerdotem christum
et hoc est quod dicit Augustinus super Genesim ad
litteram tantum ipsa decimatio ad prefigurandum

nota
decimari
quid sit

medicina pertinuit ille iabruha
decimabat qui curabat nos ipse
prefigurabat · sed quia illius figure ve
ritas implebat. Concedo sunt ergo
rationes concedentes quod aliquomodo fuit
decimari plus ut patet secundum cum
modum quo decimatio ut ponitur in
actu circa decimatos · sed solum secundum sig
num que non tunc est presencium sed
circa futurorum. ¶ Ad illud quod obicitur
de auctoritate Aug. dicendum quod sicut patet
verbis predictis decimabatur quia curabi
non dicitur generationis secundum idem tempus
ad hoc quod est decimari primo per se
tendit ad aliud tempus et pro illo
tempore reddidit leviam verum in quo
implebatur veritatis figura. ¶ Ad illud
quod obicitur quod non dat decima de quo
quod non in re sed tantum in tempore secundum
dicendum quod non est simile quia decimatio
prout est actus figuralis non se ex
tendit ad significandum aliquid circa Christum
sed ad significandum aliquid circa genus hu
manum unde cum convenit respiciat ut in
circa quem dicitur opera non circa illud ergo
propter ipsum hic significari quia per generationem re
gunt materia patrem signo se exte
ndat ad futura ideo non est simile. ¶ Ad
illud quod obicitur de baptismo et circum
cisione dicendum quod non est simile nisi in
quantum decimatio est actus sacra
mentalis legis ut ad remedium ori
ginalis peccati · hoc autem non est nisi circa presentes
sicut circumcisio et baptismus secundum autem
quod est actus figuralis sic non est simile
si autem queratur quare baptismus et
circumcisio non possunt esse actus figurales
sicut et decimatio dicendum quod ratio huius
est quia circumcisio et baptismus
est actus in persona decimatio autem
cum sit decime prius oblatio est actus
rei et quia oblatio potest fieri pro eo
quod est et quod futurum est circumcidi et bap
tizari non nisi quod iam est hinc
est quod actus decimandi potest se exten
dere ad futuros et non actus circum
cidi vel baptizandi. ¶ Ad illud quod obicitur
quomodo Levi dicitur decimari in lumbis
dicendum quod decimatio idem est quod
prefiguratio curationis · unde ille
istorum modorum accipit quod in corpore
assignatur et ideo sufficienter probabat
illa obiectio.

Secundo queritur utrum Christus in Ab
raham fuit decimatus et quod
sic videtur auctoritate apostoli Hebr. vii.
per Abraham et Levi decimatus
est adhuc enim in lumbis patris
erat quando obviavit ei Melchise
dech sed Christus fuit in lumbis Abra
he quando decimas illas dedit · ergo
fuit decimatus sicut et Levi. ¶ Item
sicut dicit Hugo de Sancto Victore · per de
cimas significatur ipse Christus ergo videtur
quod ipsa decimatio magis est actus
figuralis principaliter respiciat Christum
quam alios filios Abrahe · ergo magis
videtur quod dicatur decimatus quam
alii. ¶ Item nichil plus requiritur
ad decimationem nisi quod illud realiter
impleatur in ipso quod significatum fuit in
decimatione Abrahe · sed hoc fuit maxime
plene impletum in Christo qui se ipsum
obtulit hostiam deo et patri post
oblationem corporis et sanguinis sui

¶ Item tota caro xpi fuit in an
tecedentibus virginis sed caro virginis
fuit decimata in abraham ergo et
caro xpi ¶ Sed contra Aug x super
Gen ad litteram ille non est deci
matus cuius caro non fervore
libidinis sed mediante medicina
trahit
originem sed xpus ...
ergo ... ¶ Item
sicut se habet adam peccans
ad posteros ita abraham in dan
do decimas sed quamvis xpus esset
in adam peccante non dicitur xpc
peccasse in adam ergo pari ra
tione in abraham dante decimas
non dicitur decimatus ¶ Item de
cimacio vel erat curacio vel cu
racionis prefiguracio sed xpc nec illa
curabat nec curari prefigura
batur ergo videtur quod illa decimacio
non fuit Item si xpus decima
tus fuit in lumbis abrahe sic
et levi ergo nulla est racio apostoli que
probat maius esse sacerdocium mel
chisedech sacerdocio levitico per hoc
quod levi decimatus fuit quod si con
sequencia vel racio apostoli recta est
restat igitur quod xpus non decima
tus fuit in abraham est ergo
quod in nota hoc unde tenet illa
consequencia qua probat apostolus ma
ius esse sacerdocium melchise
dech sacerdocio levitico Pro eo quod levi
optulit decimas melchisedech
videtur videtur quod non teneat quia
secundum illam racionem posset argui
quod maior est dignitas unius
sacerdotis parrochialis quam papa quia papa esto
quod papa dedit decimas sim
plici sacerdoti ¶ Resp. di. quod sicut dicit
Aug in littera super dicto Aug super Gen
ad litteram xpus in lumbis abra
he non fuit decimatus et racio
huius est quia decimacio prefigura
batur futuram curacionem quia igitur
xpus in lumbis abrahe non erat
per curacione indigens sed potius
sicut medicina hinc est quod decima
tio ad ipsum non pertinebat Sicut
enim in adam soli peccaverunt qui secundum
carnalem generacionem et corporalem se
minalem ab ipso prodeunt et ideo ab
illa generalitate excluditur xpus quamvis
dicatur omnes in adam peccaverunt quia
non processit ab ipso secundum libidinis
ardorem sed secundum quod xpus fuit o
ptimum ... intelligendum
est de decimacione et per hoc patet responsio
¶ Ad illud quod obicitur in quantum quod xpc
in lumbis abrahe fuit et levi
sed non eodem modo et propterea non sequitur
quod sicut levi competit decimari ita
conveniret alii decimacio aut non tamen
respiciat esse in lumbis sed eciam
modum essendi secundum traduccionem
originalis peccati ¶ Ad illud quod obicitur
quod xpus significatur per decimam abla
tam dicendum quod decima ablata non
decimabatur Sed decimacio potius
respiciat illud quod remanet in alio
sicut dicit hugo quia remanet
imperfecto ablata enim unitate que
est perfecto denarius significat futuram
curacionem unde sicut alii significatur in
illa decimacione curari sic xpus

sig vo medi^ta ¶ Ad illud q obiciebatur
q in illa decimatione sig^a oblo
xpi dicendum q verum est s^z non sig
xpi oblacio tamquam p quo fieret
oblacio s^z tamquam qui offeretur p
alys et quia decimari dicitur ille
p quo offertur oblacio decime hic
est q actus decimacionis non
debet xpo attribui aliter enim ibi
p figuraretur xpus aliter aly ¶ Ad id
q obiciebatur q caro xpi fuit in beata
virgine et caro xpi virginis in
abraham dicendum q ibi est suppositum secundum
actus quia varia modus essendi
hinc et inde Alio enim modo fuit
caro beate virginis in abraham aliter
caro xpi in matre sua quia beata
virgo concepit secundum legem concupiscentie
xpus non immune ¶ Ad illud q queri
batur de auctoritate apostoli ratione dicitur pre
gressio apostoli bona est ad illos contra
quos arguit s^z iudeos qui suppo
nebant abraham digniorem esse
in suo genere Si ergo abraham bene
dictus fuit a melchisedech et ei
decimas optulit tamquam superiori se
quitur ex hoc q non tantum maior
fuit melchisedech abraham · sed
etiam maior omnibus qui processe
runt secundum legem carnis ab eo et
ideo dignior fuit levi et aaron
s^z quia illud non videtur esse verum quia
excellentior fuit melchisedech quam
moyses · et dicendum et beata virgo qui pro
cesserunt ex abraham et apostolus non
procedit ex suis suppositionibus ideo opor
tet aliter dicere videlicet q apostolus arguit

conditate et figure illius illius
sic natam arguere decimacio pro illo
tempore significabat curacionem cum ergo
abraham optulit decimas mel
chisedech et ab eo benedictus est sig
nat se indigere curatione et benedic
tione per illud sacerdotem qui significabatur
per melchisedech s^z ille qui curat
et benedicat maior est absque ulla
contradictione eo q curat · cum ergo
sacerdotium xpi fuit illud q prefi
gurabatur per illud melchisedech
sicut unusquisque legit Tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchisedech
Restat igitur q magis fuit sacer
docium xpi quam levi et hoc est vero
quam impossibile est dissolvi non
est simile de sacerdote simplici et
de presbitero quia ibi nulla est
ratio figure · hec autem racio tota fun
datur super decimacionem secundum q
est actus figuralis nam secundum
q est actus moralis nichil facit
ad propositum quia nec abraham
nec eius posteri obligati fuerunt
ad dandas decimas melchisedech
in genere illi qui fuit de stirpe
levi ad nullas decimas dandas
fuit astricti ar. 9

Consequenter queritur de incar
nacionis xpi eductione et
circa hoc queruntur duo primo queritur
utrum caro xpi fuit infirmitatis
penitentiis secundum qualitatem puri
tatis vel inquinacionis ¶ Secundo
queritur utrum aliter fuit quam secundum
legem propagacionis

Quia primum sic procedit et
arguitur quod caro christi in abra-
ham et in aliis patribus distinc-
ta fuit secundum qualitatem a car-
ne filiorum aliorum vel sapiencie Ni-
chil coinquinatum in illa incurrit
Si ergo caro christi iuncta est
filio dei qui est dei virtus
et dei sapiencia videtur quod inquina-
ta fuit inquinata Sed caro aliorum
in patribus inquinata fuit. ergo
videtur quod aliter fuit caro christi in
abraham quam in aliorum ¶ Item
in christo debuit esse maxima
puritas. sed magis purum est quod
nunquam fuit inquinatum quam illud quod
aliquando inquinatum fuit. ergo videtur
quod caro christi nec in se nec in pa-
tribus subiacuit feditati(?) corporis ergo
a carne aliorum hominum distincta
fuit qualitate ¶ Item alicuius qua-
litatis est medicina et illud quod cu-
ratur per medicinam sed caro christi
fuit in talibus prima sicut me-
dicina sicut dicit Augustinus super Genesim ad
litteram. caro vero aliorum hominum fuit
indigens medicina ergo videtur quod
fuit qualitate alia et aliam
¶ Item quod totaliter corruptum est
non est impossibile ad curationem
si ergo adam fuit possibilis ad cura-
tionem aliqua particula remansit
in eo incorrupta sed de illa particula
que sine corruptione erat in Ade(?)
debebat generari carne que esset
sine originali macula ergo videtur
¶ Sed contra Augustinus x. super Genesim ad
litteram eidem namque caro vero

tur abrahe sed ipsius primi parentis
quia homines fuerunt vulnus pre-
varicationis et medicamentum vulneris
ergo medicamentum vulneris spectat ad christum
vulnus prevaricationis spectat ad
alios eadem igitur fuit caro christi
in primis parentibus et carne aliorum
ergo non fuit distincta ab aliis
¶ Item in principio huius distinctionis
iii loquens de carne christi dicit quod
in parte(?) sorte(?) decorum(?) generata ipsam
prius fuisse peccato obnoxia sicut
fuit reliqua virginis caro restat
quod eodem quod prius quod non fuit dis-
tincta ab aliis ¶ Item quicquid le-
ge corruptionis traducitur corrup-
tum est. sed tota caro ysaac que
fuit traducta in abraham fuit
corrupta. ergo similiter caro christi non
fuit traducta ab abraham in y-
saac aut si traducta fuit ab aliis
hominibus distincta non fuit ¶ Item
aut caro christi fuit sicut caro a-
brahe reliqua aut non Si sic
hoc propositum Si dissimilis ergo non
videtur quod talis caro competit ad re-
demptionem humani generis Si ergo
hec est similis et uniformis restat quod ca-
ro christi a carne aliorum hominum non
fuit distincta ¶ Item distinctio
secundum oppositas qualitates prima(?)
ponit distanciam secundum speciem quia
opposite qualitates non possunt esse
in eodem et secundum idem sed caro filiorum
in primis parentibus non potuit habere
distanciam secundum speciem quia non esset
tunc athanasius(?) invenire in corpore

ade q inde facti peccati sunt ergo
si caro xpi in primis parentibus
sic potuit distingui a carne aliorum
secundum substantiam inde ergo ¶ Item si tunc
fuindebatur caro innata aut corporal
aut incorporalis si incorporalis ergo
corpus xpi debuit esse impassi
bile quod falsum est. si corporalis ergo
unde quod potuit mutari in carnem
reliquam vel augeri ab alia potuit
per rationem transsumitari in aliis ergo
aut caro illa fuit corrupta antequam
quam pervenit ad xpm aut fuit
adeo multiplicata ut possent
inde mille corpora formari. sed
hoc est falsum ergo etc. ¶ Respondeo ad pre
dictorum intelligentiam est notandum
quod circa hanc questionem fuit quedam
positio erronea quorumdam dicentium
quod caro xpi non tamen distinctionis
fuit a carne aliorum hominum cum fuit
uncta anime sed secundum causam tamen fuit
in lumbis hominis primi dicebant
enim quod quia adam reparabiliter pec
cavit ipso facto non punisset deus
totum corpus et ideo remansit
in eius semine aliqua pars incorrup
ta ut pilla fieret medicinam carnis
reliquorum. et ergo illa pretiosa. dicit car
nem xpi formatam quam dicunt
esse genus humani medicinam hac
aut particulam transsumpsit adam ad
noe et noe ad abraham et abra
ham ad david et david usque ad
virginem de qua natus est xpus
hec autem ratio et si videatur hic
probabile insufficiens intrinsecus eun
dem continet pro eo quod non solum

176

est contra sanctorum dicta. sed etiam
contra vere fidei documenta sanctorum
auctoritatibus repugnat quia dam
doctor grecus et augustinus precipuus
doctor latinus in hoc concordant
quod caro xpi ante unionem cum
verbo nondum instincta erat a reliqua
virginis carne damascenus dicit quod de
purissimis virginis sanguinibus
fuit formata augustinus dicit quod as
sumpsit primordia nostre masse et
hoc quidem necessarium est ponere quia
non fuisset natura virginis sa
tisfacto et illo hoc quod formata caro
xpi sine aliqua parte. non esset
etiam xpus vere de semine david
et abrahe sed solum ade quod si pre
dicto modo illa particula descen
disset ad nullum aliorum pertineret
nisi sicut descensus quemadmodum
aqua conduit ad canale non
esset autem in tali carne vere pas
sibilitatis assumptio nec nostre infir
mitatis nostra reparatio quia de
de natura lapsa fabricasset sibi
carnem. sed potius de instituta que
omnia in convenientia sunt et fidei
sane adversanta. et ideo predicta
positio tamquam erronea est reputan
da sicut magister bene notavit in
libro et magister hugo in libro de sacramentis

16

planum est igitur secundum doctrinam
katholicam carnem xpi in lumbis
parentum in quibus fuit materialiter
a carne aliorum hominum non fuisse
distinctam qualitative vel formaliter
quamvis per quam unita est verbo
distinctionem hanc pro eo quod non est

caro pro s(ed) filius peccatrix et p(ro)
tanto dicit Augustinus q(uod) caro
xpi venit de altitudine humane
nature non q(uod) in primis parentibus
fuit sine pollucione s(ed) q(uod) sic pu(ri)
ficata est et mundata in sua as
sumptione q(uod) similis fuit carni in
statu innocencie sicut quod dicit Albertus
de omni statu aliquid accepisse si
cut infra melius manifestabitur
unde venies que adheserunt peccatum
induemur sunt concedende ¶ Ad
illud uero q(uod) primo obiicitur ex verbo
de sap. viii q(uod) nichil inquinatum
in illam incidit Dicendum q(uod) verum est
si eius intelligatur de divina sapientia
secundum divinam naturam quia nullo
modo aliqua creatura corrumpi si
vero intelligatur secundum humanam naturam
ad hoc non habet instanciam quia
caro xpi ex quo unita fuit verbo
dei sancta fuit et immaculata
s(ed) propter hoc non sequitur q(uod) immacula
ta fuisset in primis parentibus pro
q(uod) quamvis in membris penitum
esset verbum tamen erat in dispositione
remota ¶ Ad illud q(uod) obicitur
q(uod) maxima puritas debet esse
in carne xpi Dicendum q(uod) verum est s(ed)
q(uod) competit ad reparationem humanam s(ed)
sic autem intelligendo non potest
maior puritas cogitari quam q(uod)
de massa peccatrice formatur caro
omnino immunis a peccato et sic fuit
est in carne unita verbo operante
spiritu sancto quia si intelligatur caro illa
nunquam nisi vel in parentibus fuisse
obviam non sit cogitatur qualis

ut reparationis fuit apta et ideo
non cogitatur qualis et sicut debet
s(ed) figuratur potius qualis non debet
¶ Ad illud q(uod) obicitur q(uod) caro xpi est
medicina Dicendum q(uod) verum est pro tempore
quo medicina est medicina autem
est pro tempore quo verbo assumpta
est et sic alterius qualitatis est quam
aliorum hominum pro autem tempore quo
fuit ante assumptionem non erat
medicina nisi materialiter loquendo secundum
illud tempus non oportet forma
liter distingui ab alia carne pro
q(uod) ex eadem principio mali potest
formari sanum et eger tales eorum
eiusdem generis constitutis in sano in
carne sanam et in corpore in car
nem corruptam ¶ Ad aliud q(uod) obi
citur si totus esset corruptus iam non
esset medicinalis eius morbus
Dicendum q(uod) illud argumentum dupliciter deficit primo
quia si homo totus corrup
tus esset non sequitur q(uod) incura
bilis esset nisi illa corruptio ei
inseparabiliter adhereret secundo et si totus
homo corruptus esset quantum ad
ea que erant nisi non tamen
corruptum esset totum genus
humanum q(uod) fabricatum esset de illa
carne secundum illud salva q(uod) processit
secundum legem concupiscencie et quod caro
xpi in virgine fabricata est preter
legem concupiscencie assumi in sanctifica
te hinc est q(uod) carnali corrupcione
et vocatur tenuit medicine a sua
primaria formacione

Sed quia utrum caro xpi fuit
in patribus aliter quam caro

aliorum hominum secundum legem propaga
tionis et quod alibi illud auctore aug
super gen ad litteram tractans illud
apostoli ad hebreos vii adhuc erat in
lumbis patris secundum aliquem modum
erat ibi christus quo non erat ibi
levi. Secundum rationem quippe semina
lem fuit ibi levi qua ratione non
fuit ibi caro christi. ¶ Item hic ymo
ostenditur ratione media pro ut videtur
ad i mediatum. Sed christus secundum alium
modum propagandi conceptus est de utero
virginis quam alii filii de ventre
matrum suarum pro eo quod non de viri
semine. Si ergo intemerata beata virgine
dicatur fuisse in parentibus precedentibus
videtur quod aliquo fuit caro eius
in parentibus secundum legem propagationis
quam aliorum hominum. ¶ Item si eod
modo caro christi in parentibus sicut
reliquorum homines ita peccasset adam
peccante sicut alii homines et hoc
est falsum ergo et cetera. ¶ Item eodem
modo habet res esse in esse pro
modo habet in suo principio conceptio
sed christus non fuit genitus vel
conceptus secundum legem nature sed
preter nature (?) sicut alii homines
conveniunt. Videtur aliter igitur fuit
caro eius quantum ad legem
propagationis in lumbis parentum
quam aliorum hominum. ¶ Sed contra
quod dicitur in littera caro illa ante
quam verbo fuisset unita peccato fuit
obnoxia in maria sicut reliqua
virginis caro. Sed caro que co
situs est secundum traductionem originalem
compositus est secundum legem propagatio

nis. Ergo si caro christi in lumbis
parentum fuit obnoxia peccato ergo
et eadem lege tunc aliis a primis
parentibus est traducta. ¶ Item
omne quod descendit ab adam ad
seth descendit secundum carnalem
substantiam et secundum seminalem rationem
ergo si caro christi descendit ab a
dam in seth et a seth in aliis
parentibus videtur quod secundum legem
propagationis fuit in lumbis
parentum eodem modo sicut caro
aliorum hominum. ¶ Item semen unde
formatum est corpus seth in ter
bis (?) parentibus habebat rationem se
minalem. ergo michi unde futurum
erat quod non esset ibi et secundum cor
pulentam substantiam et rationem seminalem
sed si caro christi corpus unde facta videtur
quod illa fuisset admodum alterius
carnis humane. ¶ Item tota caro
virginis fuit in lumbis parentum
secundum legem propagationis sicut
caro aliorum hominum sed caro christi
fuit aliqua pars carnis vir
ginis ergo secundum legem propaga
tionis sic fuit et in lumbis
parentum sicut caro totius huma
ni generis. ¶ Responsio dicendum quod duplex
loquimur de carne christi aut quantum
ad materiam unde sumpta est aut
quantum ad formam secundum quam caro
christi conjuncta est et cum verbo in
unitate persone assumpta. Si loquimur
de carne christi secundum materiam hoc est de
eo de quo ministrata est caro christi
sic concedit quod peccato fuit obnoxia

quia ante conceptionem christi to-
ta massa humani generis corrupta
erat sicut in precedenti probabiliter
monstratum est ¶ Si autem loqua-
mur de creatione christi secundum formam
sic dicendum est nunquam peccato fuisse ob-
noxiam quia nunquam habuit illam
formam quin quod non esset munda
et immaculata ¶ Secundum autem quod causa
dicitur dupliciter scilicet et de propagatione
conveniunt dupliciter loquimur aut ratione
materialis aut ratione formalis
¶ Si ratione materialis sic propagata
fuit ab adam usque ad virginem
in tota illa genealogia et tota ista
propagatio fuit secundum legem nature
et concupiscentie ¶ Sed quantum ad esse ac-
tuale et formale sic concepta
fuit a virgine preter communem legem
nature et concupiscentie et sic patet quod uno
modo dicendi concedi potest quod ca-
ro christi materialiter loquendo sic fuit
in lumbis patrum secundum propaga-
tionem sicut caro aliorum hominum
¶ Sed quia caro quantum est de ratione
sui nominis non nominat materiam separatam
tantum sed materiam substantiali forma
et propagatio et lex propagationis
additur ei quod est caro christi respi-
ciat eius conditionem secundum esse ac-
tuale. Hinc est quod licet est materia
caro christi fuit aliquo obnoxia
et licet caro christi fuit conceptibilis
seminaliter traducta et licet sub-
stantia christi fuit in patribus de-
cimata pro eo quod in omnibus quan-
tum est de ratione sermonis spiritus

attribuitur soli non ratione materie tantum sed
ratione materie substantiali forma caro eius
est vere spiritualis et ideo quamvis
simpliciter verbo prolato · scilicet accidentem tamen
referetur formam prolati cum soli et
ideo cum predicte locutiones tamquam false
et impie sunt negande in presenti
cum determinatione · scilicet ratione materialis
principii ¶ Si autem aliqualiter absolute
proferantur sunt exponende ¶ Nota tamen quod
hec est impropria caro christi fuit peccato
obnoxia · sed hec magis impropria
caro christi fuit seminaliter traducta
sed autem adhuc magis impropria et falsa
caro christi fuit decimata secundum
quod magis ac magis impeditur lo-
cutionibus caro accipitur ratione
forme concedendum est igitur quod aliter
fuit caro christi secundum propagationis
legem in patribus quam aliorum hominum
Nam caro aliorum hominum ortum
habuit in patribus secundum seminalem rationem
et secundum legem concupiscentie illud autem
dicitur procedere secundum seminalem rationem
quod quidem ducit in esse secundum virtutem
et operationem nature sicut sunt in illa
nostrorum productione nature non solum sed
sed per maris obiectionis et passivis ymagi-
tata per modum nature agentis et dantis
speciem sine complemento et hoc imputat
hoc quod dico seminalis ratio proprie
loquendo sicut aliquando sunt in sco-
libris quamvis contingat extensio
in modo uti predicto vocabulo
illud autem intelligitur traducta secundum
legem concupiscentie nemini peccatoris

·d· prim

v

contingit feditas delectacionis car-
nis corrupte viri generantis et mu-
lieris concipientis neutrorum horum in
generacione Christi fuit. Nam concepcio
eius inmaculata fuit et ipsius vir-
tute vero non eius fuit possibilis se-
mine propter quod caro eius concepta fu-
it per sola natura fuit certa preter legem
communem quia non intervenit delec-
tacio concupiscencie. Secundus concep-
tus eius fuit ex castissimis vir-
ginis visceribus. Ideo concedende
sunt raciones que ad hanc partem
inducuntur. ¶ Ad illud quod obicitur
// Lotius de auctoritate magistri dicendum quod ista e-
xposita videlicet quod caro fuit obno-
xia et hoc intelligendum materialiter
et sic magister insinuat cum dicit
quod caro fuit obnoxia non simpliciter
sed in ea materia materialis erat, unde
non est simpliciter concedenda sed compo-
tamen infecta et ex infectis secundum
carnis infectate conceptis non habet
Augustinus ponit ut est et ideo ra-
cio non valet. ¶ Ad illud quod obicitur quod quicquid
descendit ab adam in seth
descendit secundum seminalem racionem
dicendum quod seminalis racio non dicit
quid absolutum sed quid respectivum
dicit enim respectum eius quod propaga-
tur ad illud de quo producitur. Cum
ergo dicit quod quicquid descendit ab
adam in seth descendit secundum se-
minalem racionem dicendum quod verum est per
comparacionem ad seth et ad hos qui pro-
ducendi erant secundum propagacionem
nature respectu quorum cum semen
decisum a lumbis ade habuit vir-
tutem sufficientem vere activam seminalem
respectu vero autem ipsius non habuit
virtutem propter quod totum illud quod
secundum legem nature pro illo fore
producendum erat respectu carnis Christi
se habebat in racione possibilis et ulterius
quia non poterat reduci ad ac-
tum completum nisi per virtutem s. s. cum
ergo dicit quod quicquid fuit in seth
secundum seminalem racionem verum est si
comparetur ad adam sed si comparetur
ad ipsum non habuit veritatem.
¶ Ad illud quod obicitur quod totum semen
decisum ab adam habuit seminalem
racionem dicendum quod verum est respectu
corporum qui producendi erant secundum
legem nature respectu ipsius non habuit
veritatem quamvis enim in aliqua
semine sit racio seminalis secundum quod-
libet eius partem saltem forma-
lem ut contento aliquid posset fi-
eri si deus aliquid faciat ex
illo semine ad quod non habebat or-
dinacionem secundum naturam dicitur
fuisse in illo semine sed in corpu-
lentam substanciam non secundum racionem
seminalem quia semen quod respectu
illius quod deus ordinat non habuit
virtutem sufficienter activam sed passivam
secundum quam subministrat corporalem
substanciam. Esto eciam quod illa seminalis
racio operetur ad subministracionem
materie illius vel faciende ut si
plantaretur unum semen prunum
ita quod de illo produceretur arbor
magna cum magnitudo materie esset
ad productionem magis arboris
alterius speciei sic et in proposito

intelligendum est cum dicitur corpus christi
fuisse in lumbis patrum secundum
corpulentam substantiam non secundum
seminalem rationem non quia substantia
corporis christi ibi tota fuit sed
quia ibi erat aliqua materia que
per virtutem seminalem potuit augeri
et crescere appositis sibi alimentis ita
quod corpora omnium hominum in deo pos
sent fabricari et quilibet nunc
sunt corpora omnium hominum fabricata
excepto solo corpore christi quod fab
ricatum fuit per virtutem supernam
sicut melius manifestabitur
infra et sic patet quomodo corpus
dicitur fuisse in adam secundum cor
pulentam substantiam et quod non sequitur
si fuit in semine ade quod fuit in
illo secundum seminalem rationem ad hec
autem intelligenda valent illa
que determinata sunt in libro
... Ad illud ergo quod obi
citur quod caro tota licet virginis fuit
ibi secundum seminalem rationem sicut
caro aliorum hominum dicendum quod in illo
dicitur est complexio secundum actus
sicut dictum fuit de determinacione
...

ad 7 Consequenter queritur de per
fectione corporis christi et
circa hoc queruntur duo primo quantum
de perfectione corporis christi quantum
ad molem. Secundo de eius perfec
tione quantum ad membrorum dis
tinctionem. Videtur ergo primo utrum
corpus christi productum fuit ad per
fectam molem subito aut successi
ve et quod successive audi luce

secundo proficiebat etate secundum ad
incrementum etatis sequitur incrementum
molis ergo etc. Item per hoc patet
quod historia evangelii corpus christi sunt
... infantiles unde et lac
tatus fuit a matre si autem non
esset nisi similis fuisset in quanti
tate ergo videtur quod primo tempore fuit
in quantitate modica quam perfecta
Item augustinus ... intincte
secundum corpus christi alebatur sicut
corpus alterius hominis successive
ergo ... videtur quod augebatur paulatim
et successive. Item corpus assump
sit naturam passibilem et mortalem
secundum talis est natura mortalis quod aut
decrescit aut crescit aut perficit
aut deficit vix enim unquam in eo
dem statu permanet ut dicitur Job
ergo si non ... christus decrescere
videtur quod tale naturam assumpsit quod per
in hac vita quantum ad corpus profe
cerit ergo per successionem temporis
ad perfectam quantitatem pervenit. Item di
cit ieremias mulier circumdabit
virum hoc dicitur de christo et debita vi
gere secundum virum circumdari in utero est
in utero continere. ad oppositum autem fe
cit corpus perfecte quantitatis ...
ergo videtur quod corpus christi in utero
virginis fuit secundum quantitatem
molis non ... ad perfectam venit
per successionem temporis. Item hoc ipsum
videtur per hoc quod sequitur in eadem
auctoritate. Novum faciet dominus super
terram secundum novum est illud cum sile
... quod mulier in utero

o

sicut puerorum pro parvitate quantitatis hoc non est novum. quod vide quod propter statim fuit ad perfectam quantitatis perductus quoque de virgine est conceptus ¶ Item anima virtus summa est et perfecta quia summe nata est operari subito et in instanti quia perfecta est nata est educere operationem perfectam. Sic ergo formatio corporis christi fuit a virtute infinita unde quod ab instanti conceptionis corpus illud eductum fuit in quantitate perfectam ¶ Item sicut anima coniuncta est verbo in unitatem persone in mente ita et corpus sed anima statim quod unita fuit verbo dei perfecta fuit in virtute et scientia quod parvi viri et corpus in quantitate et figura non igitur unde quod per successionem temporis quantitas corporis christi quod ad quantitatem maius ad perfectam sit deducta R(esponsio) dicendum quod corpus christi quod ad quantitatem maius ad perfectam deductum est per successionem temporis et ideo huius est quia perfectio quantitatis illius corporis fuit operante natura cum est operari secundum successionem temporis Si autem queritur unde est hoc quod deus corpus illud ad perfectam voluit deduci mente non operatione Dicendum quod hoc fecit dominus valde congrue sed eum quamvis aliorum facere posset sic fecit ad confirmandum fidei veritatem ad commendandum humilitatis virtutem ad conservandum universitatis

legem ¶ In hoc enim veritas fidei confirmatur dum materie attribuitur per diutina gustationem et filiorum mors perficiendi in etate quod proprius nec fantasticam sed veram carnem assumpsit et hoc quidem fuit valde optimum quia sine fidei veritate nullus est incarnationis fructus humilitatis etiam virtus in hoc commendatur dum dei filius qui est rex regum et deus dominantium factus est parvulus et qui prius nullo indigebat lacte matris sicut alii similiter pascebatur pannis involvebatur et alia plurima gessit insignibus humilitatis utilitas commendam et hoc valde optimum quia propter hoc potissime dominus de celo descendit ut superbia comparet. ¶ Universitatis lex et ordo conservatur quia dominus unicuique recepit propriam operationem nec vult miracula ubi nisi natura per se sufficiens sit operari et quod natura in christo satis sufficiens poterat corpus christi ad perfectam quantitatem deducere ideo quod in nullo derogaret eius dignitati ideo voluit deus tempus anticipare ut temporum institutis universitatis administrator unicuique propria virtute sibi competente operari sineret quod et hoc quidem conveniebat quia non ad volebat prius sed tempore et in hoc insinuat quod maior pietas non debet esse in fidelis pietatis abyssus ad fidelem parare et sic patet quod valde convenienter deus

corpus christi ad perfectam quanti-
tatem non deduxit per tempus
successionem unde et voces hic
prolatis concedende sunt ¶ Ad
illud ergo quod primo arguitur contra
tertiam de anima sue dicendum quod vir-
ginis dicta christus non ab etate cor-
poris sed anime anima quia ple-
nus fuit virtutibus et sapientia
ab instanti conceptionis ¶ Ad 2m
quod arguitur quod nomina sunt dicendum quod
nomina attenditur in hoc quod incepit
deus et homo cum simul
numquam precessit in hoc quod ab insta-
nti conceptionis non fuit adeo per-
fectus quod deficere numquam potuit
et homo simul numquam fuit et sic
patet quod non oportuit quod esset quantitatis
perfecte adhuc quod aliquid novum esset
unde in illa parte sed quod ¶ Ad
illud quod arguitur quod virtus infinita
operatur in instanti dicendum quod verum est
quod virtus infinita operatur secundum
totalitatem sue potentie et operatur per se
in perfectione autem divina corpor...
tur operatur virtus divina secundum condi-
tionem tamen est operari successive cum
sit virtus finita ¶ Ad illud
quod arguitur quod ab instanti conceptionis
fuit perfectus virtute et sapientia dicendum quod
non est simile quia quamvis decet
deum assumere aliquas penalitates
ad redemptionem nostram non tamen
decebat assumere culpam et ignoran-
tiam ideo magis fuit hoc oportunum
secundum virtutem et sapientiam quam in insta-
nti perducere ad corporis quantitatem per-

fectam

¶ Secundo queritur de eius corporis per-
fectione quantum ad membrorum dis-
tinctionem et est quod utrum membrorum
formatio et distinctio facta sit subi-
to an successive in corpore domini
et quod non subito videtur Augustinus in 4o
de trinitate tractatus in libro Iohannis
2o Salvite templum hoc dixerunt
iudei xlvi ro i Aug. hic unus
perfectionem divina corporis congruit quia
ut dicit philosophus tot diebus forma
humana conceptionis congruit perficitur ergo
non videtur quod corpus christi ab instanti
conceptionis organizatum fuit et
formatum ¶ Si tu dicas sic dicit magister
in littera quod hoc dictum fuit pro aliis homi-
nibus malis tunc non videtur quod xl
diebus perfectum sit quia ad perfectam
humanam non perveniunt nisi ad annos
xxx ¶ Item hebreorum 2o per omnia debuit
fratribus assimilari ergo videtur quod in sue for-
mationis corporis christi sed forma corporum
aliorum hominum successive formantur
ergo videtur quod sic corpus christi ¶ Item
corpus christi nutritum et augmenta-
tum fuit sicut corpora aliorum hominum
successive ergo videtur pari ratione quod
fuit successive formatum ¶ Item
formationem corporis antecedit con-
solidatio et consolidationem antecedit
commixtio et conversio seminis de-
cisio sed ergo quelibet illarum opera-
tionum non potest fieri in magis quam in
instanti et una est ordinata ad
aliam ergo videtur quod formatio corporis
non potest esse instantanea ¶ Ex

Nota

tum est quod Aug. in li° de fide ad
Petrum firmissime tene et nullatenus
dubites non carnem Christi sine divi-
nitate in utero virginis conceptam prius quam
susceptam a verbo sed illud non suscepit
nisi carnem formatam et in instan-
ti suscepit eam. Ergo videtur quod in in-
stanti corpus Christi ad perfectionem
organicam fuit deductum ¶ Item
Aug. in li° de Trinitate non conceptio
virginis prius caro concepta est
et postea divinitas venit in carnem
sed mox ut dixit verbum in uterum venit
factum est caro servata proprietate nature
et perfectus homo in veritate carnis
et anime ¶ Item virgo dicitur con-
cepisse filium dei ratione carnis
assumpte ratione sed non est illa concep-
tio [illegible] nisi propter unionem non
est autem unio nisi ad naturam perfectam
ergo cum in instanti conceptionis ni-
si dicetur filius dei conceptus ex virgi-
ne necesse fuit et corpus ad perfectam
organizationem esse deductum ¶ Item
conceptio fuit virtute infinite et mi-
rabili operante sed virtus infinita
operans est infinita et operans in
stante ergo videtur quod eius operatio
debet esse instantanea et si hoc
corpus dominicum in instanti in perfecta
organizatione fuit constitutum ¶ Respondeo
quod absque dubio sicut dicit Aug.
corpus Christi ab instanti conceptionis
habuit perfectam organizationem et
rationem humanam suam potest ex parte
verbi assumentis et ex parte virtutis
efficientis et ex parte virginis conci-
pientis ¶ Ex parte verbi assumentis quia

non decebat verbum assumere partem
humane nature ut esset homo
perfectum quod sed totam humanam naturam
et ita carnem et animam mediante
tamen anima dedit carni convenientiam
ut uniatur cum divina et humana na-
sicut dictum est supra et quod anima
non est nata uniri nisi carni
formate et organizate. ideo in primo in-
stanti conceptionis necesse fuit corpus
ad perfectionem organicam perduci. Ex parte
etiam est ex parte virtutis operantis
quia illa virtus divina operatur
mirabiliter hoc est miraculum mira-
culorum quod femina conciperet deum et
ideo ad sue mirabilis potentie
ostensionem subito formavit illud
corpus quod natura non potest for-
mare nisi successive. Ex parte non inchoatum
est ex parte virginis concipientis que
statim ut consensit repleta
fuit spiritu sancto et mater dei effecta
dum illud quod angelus nuntia-
bat et quod mater dei non erat
nisi deus unitus esset carni quam
conceperat et caro nec deo nec
anime congruit uniri nisi haberet me-
mbrorum distinctionem convenientem hinc est
quod ab instanti conceptionis corpus
Christi debuit in membrorum dis-
tinctione perfectum esse unde rationes
deinde fuit [illegible] ad istam partem
inducte ¶ Ad illud quod obicitur
quod [illegible] xlvj dierum fuit perfectum
corpus dominicum quod in scriptura
frequenter dicitur [illegible] tunc sed tunc
innotescat quemadmodum
illud verbum Aug. est intelligendum

quia et si corpus domini ab
instanti conceptionis fuit forma
tum non tamen apparuit nec per
cipi potuit propter paruitatem quantitatis
molis sed postmodum per plura dicta
addita per successionem quantitatis de
ductum est quod aspectibus homi-
num patere potuit unde corpus christi
in incremento cum aliis corpori
bus similitudinem habuit sed quantum ad
similitudinem informationis
primam non conveniebat sed mira
biliter formatum fuit et sic in
telligenda sunt verba Augustini
in de trinitate et in libro LXXXIII
questionum que ad prius allegabantur
ad intellectum pluralitatis ¶ Ad illud
quod obicitur de verbo apostoli quod persona
debent similibus assimilari dicendum
quod verum est quantum ad ea que
faciebat ad reparationem generis hu-
mani sicut hoc quod est temptari
conversari cum hominibus et pati
sed in modo conceptionis quia in nos
tris conceptionibus sequitur traductio
originalis peccati non debuit assi-
milari quia non competebat hoc
homini mediatori et reparatori ¶ Ad
illud quod obicitur quod sancti sunt immediate
et gratiam dicendum quod non est
simile quia ista ang. et innt
tis culpa non habet annexam
sicut vera gratia et ita non sic
debuit assimilari in creationis pri-
mordio sicut in augmento et in-
crimento ¶ Ad illud quod obicitur quod
formationem corporis precessit solida-
tio et consolidationem commixtio etc.

quod duplex est ordo videlicet secundum
tempus et naturam et secundum natura-
lem ista autem tres actus ordinem habent
in vna conceptione vtroque modo quia
vna conceptio est a virtute finita que
operatur in tempore in generatione autem christi
non habent ordinem nisi secundum naturam
et quod habeant ordinem secundum naturam
simul esse possunt tempore absque aliqua impossi-
bilitate hinc est quod nichil impedit
illos actus esse in conceptione domini
quamuis non sint simul in conceptione
nostra unde ratio illa non cogit quia
aut procedit ad ordinem secundum naturam
ad ordinem secundum tempus aut procedit
a potentia nature ad operationem virtutis
diuine et nullo istorum predictorum mo-
dorum est ibi necessitas cause

Iuxta ista sunt dubitationes circa
litteram et primo quaeritur de hoc quod dicitur
quia caro illa antequam esset verbo
unita fuit peccato obnoxia in matre vir- maria
tute filii quia non est peccatum nisi in
anima vel ratione anime sed caro illa
non fuit ante animata quam verbo
unita ergo non fuit peccato obnoxia
¶ Item beata virgo ante conceptionem
filii dei fuit sanctificata ergo caro eius
non fuit peccato obnoxia ¶ Respondeo dicendum
quod sicut tactum fuit in precedentibus aliquid
peccatum dicitur ipsa culpa vel sequela di-
cto ergo quod caro non dicitur obnoxia
peccato ratione culpe sed ratione feditatis
que est culpe causa et ratione pas-
sibilitatis que est culpe pena et
vtroque fuit peccato obnoxia in matre ante
sanctificationem. secundo modo post et sic patet

illa duo ¶ Item quaeritur de hoc quod
dicitur quod primitias vitae massae dicitur
Christus assumpsisse videtur hoc esse falsum
quia cum incarnatus sit in fine se-
culorum potius videtur assumpsisse
reliquias vitae massae quam primitias
¶ Ad hoc dicendum quod primitias vitae massae di-
citur Christus assumpsisse triplici ratione. Na(m)
primum dicitur aliquid quod est primum. Pri-
mum autem dicitur aliquid secundum ordinem
temporis et secundum ordinem dignitatis
quantum ad ordinem dignitatis non
est dubium quin Christus assumpsit
vitae carnis primitias pro eo quod eius
caro excedit omnem dignitatem
carnis humanae. Secundo autem quod primi-
tia dicitur a similitudine secundum conformitate
et similitudine duplex autem est ratio
conformitatis una quantum ad qua-
litatem alia quantum ad virtutem quantum
ad qualitatem quia sicut caro quae
in principio fuit creata caruit omnis
vitii corruptela sic et caro a verbo
assumpta. Quantum vero ad virtutem est
similitudo quia in illis quae prius nascuntur
intensior est naturae vigor ut
ad maturitatem pertingat et talia dicun-
tur primitiae id est primi fructus quae de-
bebat offerri domino. Talis autem
fuit caro Christi et sic patet quomodo
dicitur primitia tum propter dignitatem
tum propter munditiae qualitatem tum
propter virtutis vigorem propter quae ce-
teros praecellit prius pertingens ad imma-
talitatem per quam venimus et ascendimus ad glo-
riam et pro tanto dicitur assumpsisse primi-

tias vitae massae et per hoc patet
determinatio rationis contrariae quia Christus
debebat de primitiis secundum quod dicitur ab
antiquitate originis. ¶ Item quaeritur
de hoc quod dicitur Sola illius est
non caro peccati quia non conta-
minatur concupiscentia sed generatio concepit. Sed
cum concupiscentia est vitium et defectus
non ergo est generationis principium
nihil ergo est dictum cum alter non enim
viri concupiscentia concepit. ¶ Ad hoc dicendum
quod littera ista potest dupliciter intelligi.
Uno modo quod concupiscentia sit nominativi
casus et sic est constructio appositiva et
tunc recipit in quod Christus non con-
cepit concupiscentia sed generatio tamquam in-
strumento quod concupiscentia locum tenet matris
in generatione filiorum peccati secundum illud
Ezech. Pater tuus amorreus et
mater tua cethea vel per amorreum
intelligamus diabolum per ceteam
concupiscentiam. Alio modo quod est in in generatione
spirituali et quia Christus non fuit
peccati in generatione sed gratiae ideo po-
tius dicitur mater gratiae quam con-
cupiscentia. Sed licet isto modo possit in-
telligi tamen est alius modus
magis consonus veritati ut hic
quod est concupiscentia et gratia sit ablati-
vi casus et construitur cum verbo concepit non
secundum similitudinem causae sed secundum
similitudinem concomitantiae et hoc quod
dicitur viri supplet per virginem mariam
et est sensus viri id est virgo maria
non concepit concupiscentia concomitante sed concomitante
gratia et tunc non est nec quod concupiscentia
sit alicuius conceptionis principium.

sed non generatus et sic patet
divisio ad obiectum. Circa quintum
de hoc quod dicit totum verbum incar-
natum est. Si enim totum est quod habet
partem et partem et illud suppositum videlicet
est male dicit quod totum incarna-
tum est. Circa sextum dicendum est quod totum tri-
pliciter accipi privative vel positive. Si
privative tunc verbum dicitur incarnatum
totum quia non habet partes secundum
quas incarnari posset. Alio modo
dicitur positive et tunc dicitur dupliciter
quia totum est idem quod compositum ex
partibus constitutum. Alio modo idem est
quod perfectum et secundum quod totum dicit
integritatis totalitatem sic predictus
sermo non intelligitur sed secundum quod dicit
totalitatem perfectionis et secundum quod dicit
privationem partis et partibus et sic patet
quod illa obiectio non procedit recte
propter diversam acceptionem vocabuli
huius quod est totum sed hoc includitur in
primo libro de pluribus invenitur
determinatum

de p.

Quoniam vero incarnatio verbi com-
Consequenter declarat ingressum de
sanctificatione virginis que fuit
preambula ad conceptionem Christi. Huius
parte determinat de ipsa conceptione
Christi et quod conceptio Christi habet
comparationem ad spiritum sanctum fecundatorem et
ad virginem concipientem. Ideo pars
ista dividitur in duas partes in quarum
prima determinat de conceptione Christi
in comparatione ad spiritum sanctum. In secunda
determinat de ea in comparatione ad vir-
ginem ibi Consequenter cum nos
salvatorem perfectum natum. Prima

pars in partes tres dividitur in quarum
prima ponit vel comprehendit unitatem
appropriationis quo incarnationis opus iste
vero sit spiritui sancto attribuendum. In secunda
vero removet dubium complexus que dicta
sunt hunc orta ibi Sed non est
hic dubitandum. In tertia vero
subiungit maiorem complanationem per
dictorum ibi Preterea notandum iste quo na-
tus est Christus de Maria etc. Prima
pars habet duas in quarum prima comprehendit uni-
tatem in secunda confirmat eam per auctoritatem
ibi Unde Augustinus super hoc movetur com-
Deinde secunda pars in qua removet
dubitationem dividitur in duas in prima
parte ponit communem in secunda solutionem ibi
non est autem concedendum. Tertia
pars ubi ponit complanationem dividitur
in duas in quarum prima ponit unum
complanandi modum secundum Augustinum in se-
cundo ibi Potest etiam Christus dici secundum
hominem etc.

Ad intelligentiam huius partis in-
tendit hic quo de conceptione Christi
quantum ad tria. Primo enim quaeritur
de ipsa conceptione in comparatione ad spiritum sanctum
efficientem. Secundo de ipsa quantum ad conceptum
intervenientem. Tertio de ipsa quantum
ad virginem concipientem. Haec enim tan-
tangit magister in littera ar. 1

Circa primum queruntur tria. Primum
quaeritur utrum filii dei incarnatio
vel conceptio appropriari debeat personae
spiritui sancto. Secundo quaeritur utrum spiritus sanctus
filius dicatur Christus appellari. Tertio
utrum Christus possit dici filius trinitatis
Circa primum sic proceditur et quaeritur
utrum filii dei incarnatio de-

approbari debeat appropriari patri an spiritui sancto et
quod patri videtur. Christi incarnacio vel
concepcio non est aliud quam filii mis-
sio sed filii missio magis competit
patri quam spiritui sancto ergo pari racione et
incarnacio et concepcio. ¶ Item filii in-
carnacio non est aliud quam eius
donacio unde in eius nativitate
cantamus filius datus est nobis
sed donacio maxime competit patri
iuxta illud Joh. iii°. Sic deus dile-
xit mundum ut filium suum unigenitum
daret. ergo videtur quod concepcio debeat appropri-
ari patri non spiritui sancto. ¶ Item annunciacio
concepcionis filii dei facta est per ange-
lum gabrielem qui est fortitudo dei
sed fortitudo sive potencia appropriatur
patri non spiritui sancto ergo pari racione et in-
carnacio. ¶ Item potencia divina maxime
manifestatur in operacione illa cuius
potencia distant distancium in genere
sive infinita sed filii dei et creature
est infinite distancium unio ergo
in operacione illa est potencie divine potencie
manifestacio sed hoc opus appropriatur
patri non spiritui sancto ergo et concepcio. ¶ Sed
contra quod debeat appropriari filio videtur
opus reparacionis pertinet ad opus
reparacionis sed opus reparacionis pertinet
ad verbum ergo et ipsa concepcio. ¶ Item
ei proprie formacio carnis attribuitur cui
attribuitur assumpcio sed carnis assump-
cio attribuitur soli verbo ergo videtur
quod soli ei debeat appropriari ipsa con-
cepcio. ¶ Item ei proprie convenit
concepcio temporalis cui proprie con-
venit concepcio eternitate sed hec
est proprietas filii secundum quod dicit Aug.
mundo carne absumpsi et ego

racionem concepta erat. ¶ Item opus
quod est maxime divine sapiencie ma-
nifestativum persone filii dei est
appropriandum sed tale est incarnacionis
misterium quia sicut dicitur in Jo-
b prudencia eius percussit superbum
videtur ergo quod concepcionis sacra-
mentum filio dei sit appropriandum.
¶ Sed contra hoc est auctoritas in simbo-
lo conceptus est de spiritu sancto non
dicitur de patre vel de filio et Luce
i. spiritus sanctus superveniet in te.
¶ Item Mathei i. quod enim in ea natum
est de spiritu sancto est. ¶ Item racione eo quod
opus incarnacionis manifestativum
est divine bonitatis et caritatis
sed hoc appropriatur spiritui sancto ergo etc. ¶ Respondeo dicendum
quod opus incarnacionis manifes-
tativum est divine potencie sapiencie et boni-
tatis secundum diversas condiciones in ipsis
repertas. Contingit enim loqui de
ipsis quantum ad ipsa unibilia et quantum
ad unionis modum et quantum ad v-
nionis finem. In comparacione ad uni-
bilia inter que est infinita dis-
tancia manifestatur divina potencia.
In comparacione vero ad unionis modum
convenientissimum prout competebat
ad humani remedium manifestatur
dei sapiencia. In comparacione vero ad fine-
tam sive ad effectum consequentem quia
se optulit deo et patri in odorem
suavitatis manifestatur divina boni-
tas una et caritas et hoc
est quod dicit Dam. in iii°. ca. i. monstra-
tur in incarnacione bonitas iu-
sticia et sapiencia dei. bonitas quidem
quia non despexit proprii plas-
matis infirmitatem sed iusticia eius ...

mota sunt ipso cadente et ma
num proiecit. iusticia quod homine
mortuo non aliud fecit unicam tyran
num. Sapiencia quod invenerit apparatum
id est difficultas fallendi decentissimam
quod igitur in incarnacionis opere
studium consideraciones diversas con
venit invenire apparata tribus
personis valde excellenter proprie
hinc est quod concepcio cum sit o
pus totius trinitatis apparatum pre
tribus personis secundum diversas
consideraciones sicut ostendunt
raciones que prius inducte sunt.
Scriptura tamen magis appropri
at spiritui sancto quam aliorum tantum personarum
et hoc duplici racione videlicet propter
erroris exclusionem et propter verita
tis manifestacionem. Propter erroris
exclusionem quia in conceptione
humana consueverunt se immiscere
seditates carnea ac per hoc origi-nal
culpa ne illud quod dicitur fuisse
in conceptione Christi dicatur conceptus
fuisse de spiritu sancto ad concludendum car
nale commixtionem. Ad concludendum
non generis seditatem dicitur non solum
conceptus de spiritu sancto sed de spiritu sancto.
Alia vero racio est propter veritatis
manifestacionem illud enim quod ma
xime excitavit virginem ad filii dei
concepcionem fuit amor divinus. Quem
admodum mulier concipit per viri
delectacionem et ipsius adhesitacionem
que est cum desiderio et amore
virtutis generative. Sic beata
virgo propter amoris singularita
tem singulariter concepit dominum. Quod
et ideo concepisse dicitur de spiritu sancto
et hanc racionem assignat Hugo

de sancto victore in quodam suo libello
ubi sic dicit concepit virgo ma
de spiritu sancto non quia de substancia spiritus sancti se
men prolis accepit sed quia per amorem
et operacionem spiritus sancti ex carne virginis
divino partui substanciam ministravit. Nam
quia amor singulariter ardebat
ideo in carne eius mirabilia fa
ciebat. Cuius dileccionem quia in corde
non suscepit sociam opus in carne
illius non habebat comparem et
sic patet quod propter erroris exclusionem
et veritatis manifestacionem incar
nacio filii dei potissime appropriari debet
spiritui sancto et propter has duas raciones fre
quenter in scriptura fit appropriacio sicut
diximus supra in hoc i. et aliis ante
manifestatum est. Ad obiecta quia non
concludunt secundum diversas vias quod
incarnacionis misterium diversis
de causis propter sic appropriari cuilibet trium
personarum. Si quis autem aliis ve
lit arguere quod incarnacionis opus
magis debet appropriari patri et fi
lio quam spiritui sancto ad omnia est una
responsio quia procedunt ex insufficiencia
et patent secundum quod quia una so
la racio non sufficiat appropriari uni
soli persone nisi respectu aliorum pre
cipitur racio maioris congruencie
et sic est in proposito. Ille tamen due
raciones que fundantur super hoc quod filii
dei incarnacio non est aliquid nisi
quo. Et concepcio non est aliud quam
incarnacionis assumpcio constituant
relacionem que proprie potest respicere personam
patris et filii sed concepcio dicit effectum
et operacionem que communis est tribus personis

et appropriatur spiritui sancto tamquam processio
quedam et alie rationes congruentie
possunt assignari sive quia unio
tamen spiritui sancto intelliguntur alie persone
quarum est amborum unitas et quod sic
Augustinus complanat in libro sive quia
in incarnatione fuit copiosissima divine
bonitatis effusio et sic spiritui sancto
appropriatur conceptio. tamen ratione quia
est amborum unitas tum ratione appro-
priati que est amborum bonitas
complexus aut patris patre post 2o ad
aliud

Secundo queritur utrum Christus pos-
sit dici filius s. s. et quod sic
videtur quia Damascenus dicit descendit in
virginem verbum tamquam semen. id est semen
sed quod operatur ad generationem aliorum ut te-
stimonia huius rationis patet. sed ergo hic mo-
operatus est s. s. ut dicit Damascenus ergo
est pater eius. ¶ Item pater dicitur qui
deducit rem ad esse. ergo si magis
deducat rem ad esse magis debet
dici pater. ergo si spiritus sanctus ma-
gis est operatus ad hoc quod caro Christi
deducetur in esse quam aliquis pre-
decessorum plus percande videtur quod
Christus sit filius spiritus sancti loquendo
proprie. ¶ Item s. s. cum virgine opera-
tus est Christi conceptionem nec tamen
operatus est spiritus sanctus quam virgo
sed multo amplius si ergo Christus
dicatur filius virginis et virgo dicitur
eius mater videtur quod multo fortius
debeat s. s. dici eius pater. ¶ Item
omne quod est de aliquo facto com-
ceptionis huius similitudine pulbe cum
illo dicitur eius pater. sed Christus concep-
tus est de s. s. et filius est in substantia

tum illo dicatur eius pater ergo Christus
est filius s. s. ¶ Item quicumque hic
genitum s. s. hic ipso est filius eius
sed Christus abundanti conceptionis
sunt gratiam convellemus sparsas s. s. ergo
videtur quod filius gignatur Christo etc.
s. s. ¶ Sed contra Christus nullus
est filius nisi unius sed solus patris
vel matris est filius paterna
non ergo s. s. ¶ Item filiatio respi-
cit suppositum sed suppositum filii dei ulti-
mo hic quam ad s. s. in similitudine
filiationis unde patris in simili-
tudine patrum. ergo simpliciter
falsum est dicere quod Christus sit filius
s. s. ¶ Item si Christus est filius
s. s. ergo s. s. est pater Christi et deus
pater est pater Christi. ergo duo patres
in trinitate. ¶ Item si Christus est fi-
lius s. s. quia operatus est eius
conceptionem ergo pari ratione Christus est
filius suus. sed hic nec ratio nec
fides admittit quod eadem res
se ipsam gignat quod idem sit pater
et filius sibi. ergo si Christus non
est filius suus pari ratione nec
spiritus sanctus pater eius. ¶ Item ad hoc
est auctoritas Augustini qui ponit magistri
in libro quibus dicere audebit Christum
esse filium s. s. cum hoc ita sit absur-
dum ut nulle fidelium aures
hoc valeant sustinere videtur igitur
tamquam hereticum dicere s. s. esse patrem
Christi ¶ Respondeo dicendum quod absque dubio
ista locutio nec admittit nec est
admittenda. tum propter vitandum
errorem circa generationem temporalem
tum circa generationem eternam. Admittendo

mentem fiunt ipso cadente et ma-
ne prorepit. instancia quod homines
nec in aliud fiat unde tyri-
um. Sapientia quod inveniunt apari
in difficilium solamen dicatissima.
Cum igitur in incarnationis ope-
re secundum considerationes diversas co-
niunt invenit apparet tribus
personis valde excellenter proprie
tamen est quod conceptio eius sit operis
tamen operatum appellari potest tri-
bus personis secundum diversas con-
siderationes sicut audivit vocem
que prius inducte // errore cir-
ca rationem temporalem quia eo quod secundum
illam dicitur Christus conceptus de vir-
gine et spiritu sancto. si dicitur spiritus sanctus eius
pater sicut virgo eius mater
ita videtur cohibet Christus natus
esse de maria et spiritu sancto sicut nascitur
pueri de muliere et viro quod si hoc
factum est quia pueri partem accipiunt
a patre et partem accipit a matre in
qua assimilatur patri et matri
in eadem forma et natura et hoc
non est reperire in Christo quantum
ad eius conceptionem unus sola matri
assimilatur in natura assumpta non
debet admitti Christum esse filium
spiritus sancti sed solius virginis matris
ad manifestandam et firmandam ve-
ritatem et proprietatem temporalis generatio-
nis. Sunt et viri expresse gene-
ris eius quia catholici tale ser-
monem non admittant nec per
confusio fiat etiam veri nominis et
proprietatum unde cum proprium sit per-
sone patris generare respectu persone
filii aeternaliter admittitur

Christum esse filium dei spiritus sancti in quantum non
est alia persona vel ypostasis quam
quam pater ab eterno genuit. Ideo
propter vitandas errores tam circa
generationem temporalem quam circa eternam
non recipiunt theologi predictam lo-
cutionem unde concedendum sit rationes
ad predictam partem inducte. Ad id
quod primo obicitur de Damasceno quod verbum
dei descendit in virginem ad modum
seminis dicendum quod semen in se duplicem
habet proprietatem. unam in hoc quod habet
in se virtutem activam. alteram in hoc quod
agit producendo filium in forma et natura
sui dantis. ergo assumit similitudinem seminis
ad operationem spiritus sancti ratione primae proprietatis
non secunde. tum vero assumit quod opera-
tio ad modum seminis facit predictam propositionem
primum hanc similitudinem primis sed intelli-
gitur ratione secunde proprietatis. Ad illud quod
obicitur quod pater est qui producit rem
ad esse. dicendum quod ista non est ve-
ratio primis quia nature est quod conveni-
at in natura et forma sed spiritus sanctus non
convenit cum Christo in natura et forma
secundum quam producit ipsum ad esse. Ad
duo alia sequentia patet responsio per pre-
dicta quod eius obicitur quod virgo dicitur
mater et quod spiritus sanctus pater. dicendum quod
non est simile quia virgo conformatur
Christo in natura secundum quam concep-
tus est corporaliter spiritus autem sanctus
quamvis Christo sit similis in natura
non tamen est eius principium
secundum illam et ideo non tenet ratio tunc
nec consequentia. Ad illud quod obicitur de
generatione quod quamvis de aliis hominibus
concedi possit quod sint filii spiritus
sancti propter gratiam quam ipsi suscipiunt

et incarnatione quia in filiorum dei adop
tionem. assumitur tamen etiam Christus non
habet locum apud unionem que non
tantum facit illum hominem esse filium
dei per gratiam sed filium dei per naturam
et ideo non sic conceditur de ipso
quod sit proprius sed filius sic conceditur
de aliis hominibus

Tercio queritur utrum Christus possit
dici filius trinitatis ad ma
iorem evidentiam predictorum et quod sic vi
detur.
Art.o 3a Dicitur enim non ipse est pro
prius quod ipso esse conc... sed hoc to
tum potest dici de Christo racione nature
assumpte et secundum illam tota dicitur esse
filius totius trinitatis cuius est
possidere facere et creare. ergo videtur
quod hoc Christo possit convenienter attri
bui ¶ Item ad Rom. viii ut sit ipse
primogenitus in multis fra
tribus secundum illud quod dicitur est no
bis fratres secundum illud quod primogenitus
est fratres dignatus est vocare eos
¶ Si ergo fratres sunt eiusdem patris
et sunt filii totius trinitatis
videtur quod et hoc Christo generaliter possit
attribui ¶ Item quando aliqui
se habent per ordinem ad aliquam operationem
secundum illam operationem conveniunt uni
formem recipiunt denominationem sed
tota trinitas operata est incarna
tionis misterium. ergo si persona patris
dicitur esse pater Christi non solum
quantum ad deitatem sed etiam quantum ad
humanitatem videtur quod similiter tota trini
pr an tas possit dici ¶ Item quamvis
in trinitate unus solus sit pater
proprie etiam generacionis tamen ergo temporale

proprie effectus temporales tota tri
nitas dicitur esse pater et persona
patris dicitur non solum pater filii
sed etiam aliarum rerum ita quod in nullo
preiudicat proprietati filii. ergo cum
filius coeterne naturam assumpsit
et equale et uniforme habet
respectum ad totam trinitatem videtur
quod sicut quantum addimus natura
dicatur esse filius patris ita secundum
humanitatem sit filius totius tri
nitatis ¶ Item in Christo triplex
est scientia scilicet suprema media et
infima. suprema scilicet divina media
scilicet anime et infima iudica
toria ¶ Sed Christus racione nature suprime
est filius alicuius scilicet patris racione
nature infime filius alicuius scilicet
matris que eum genuit carnem
ergo et racione medie filius alicuius
erit sed media scilicet anime est a tota
trinitate equaliter ergo videtur quod filius
totius trinitatis dici possit ¶ Iste
non est maior confusio in speciali
tibus comparacione alicuius proprieta
tis ad plura quam si dicantur de
eodem duo opposita immo multo
maior sed de Christo vere et catholice
dicuntur duo opposita racione duplicis
nature mortalis et immortalis
passibilis et impassibilis. ergo
multo fortius racione nature as
sumentis potest dici filius patris
et racione nature assumpte filius
totius trinitatis ¶ Sed contra Augustinus
in decimo ... nequaquam sumus nec
filius trinitatis dici potest ergo non
potest dici filius trinitatis ¶ Iste

filiacio est proprietas personalis que
respicit ypostasim sed in Christo est una
sola persona et ypostasis que non
potest distingui a tota trinitate
secundum illius relacionis habitudinem
ergo non videtur quod possit dici fi-
lius trinitatis ¶ Item Christus non
tantum est filius sed filius uni-
genitus secundum quod dicit Joh. primo
vidimus gloriam quasi unigeniti
a patre sed trinitas non habet aliquem
unigenitum cum equaliter com-
petit ad omnes. ergo non videtur
quod Christus possit dici trinitatis
filius ¶ Item filiacio presupponit
generacionem que aut dicat generacionem
in natura et distinctionem in supposito sed hoc
impossibile est reperire in Christo nec
secundum divinam naturam nec secundum
humanam. ergo nullatenus est conce-
denda locucio predicta ¶ Responsio Dicendum quod apud
theologos secundum quorum usum
non admittitur Christus est trinitatis
filius. sed huius tamen diversi assig-
nant diversas causas ¶ Quidam enim dixe-
runt quod hoc est propter proprietatem
filiacionis que respicit personam
et ypostasim et quia ypostasis filii
dei sive persona eterna est nec
habet originem a tota trinitate
sed solum a persona patris. hinc est
quod quamvis in Christo sit reperire
humanam naturam a tota trini-
tate creatam non est tamen Christum esse
filium tocius trinitatis propter repug-
nanciam que reperta est in ypostasi que
est persona que est eterna. sed si ro
ista intimius consideretur non videtur
magne efficacie. quia quamvis ypostasis
Christi sit eterna. nichil tamen impedit
ipsum dici filium virginis racione nature
assumpte. si ergo illa ypostasis in natura propter
filiacionis habitudinem in comparacione ad
matrem comparata non illa creata est
quare non potest in natura respectu tocius
trinitatis a qua facta est. et ideo ex
parte proprietatis filiacionis et eterne
ypostasis non videtur efficax racio posse
sumi ad negandum predicte locucionis
¶ Et ideo est alius modus dicendi
quod predictus sermo non recipitur quia
appropinquat errori. nam Christus dicitur sit
filius trinitatis presupponitur proprie hoc quod
talis locucio appropinquat errori Sa-
bellii qui posuit proprietate patris cui-
libet trium personarum posse attribui
¶ Non recipitur eciam quod sit filius tocius
trinitatis per creacionem quia talis lo-
cucio appropinquat errori Arrii qui
posuit Christum esse puram creaturam
¶ Non recipitur eciam quod sit filius tocius
trinitatis per graciam quia talis locucio
appropinquat errori Nestorii qui posuit
in Christo duas naturas et duas
personas divinam scilicet et humanam
et quantum ad humanam personam dixit
Christum filium dei per graciam ergo sermo
predictus omnimodo errores impliciti
appropinquat ideo respuitur ab hiis qui
periti sunt in sacra scriptura. Unde
tamen ad hanc partem concedende
sunt quamvis non multum cogant
¶ Ad illud quod obicitur quod tota trinitas
possedit et fecit et creavit secundum Christum
humanam naturam. Dicendum quod trinitas alios
homines similiter fecit secundum animam

sui natura propria dicit uos simpliciter
solum amore natura fecit quia filium
diuinam naturam eius solus pater genu
it et ideo non est simile de christo et
alys hominibus quamuis enim aly
homines possunt dici creature dei
tamen de christo non recipitur sicut
xi. di. q. m. sicut inclusus uidebitur ¶ Ad illud quod
obiicitur quod nos sumus fratres christi dicendum quod
ex hoc non sequitur quod christus sit fi
lius tocius trinitatis sed quod nos di
camur filii dei patris · prout quamuis
nos per graciam sumus per naturam sit
dicit Augustinus super illud ascendo ad
patrem meum et patrem uestrum Johannis xx
¶ Ad illud quod obiicitur quod tres persone se
habent ad naturam assumptam pari modo
dicendum quod uerum est sed non sic se habet
pari modo respectu persone assumentis
quia alia habitudine habet ad personam
patris alia ad personam filii · cum autem
dicitur christus esse filius dei patris hoc
magis dicit respectu nature assu
mentis quam assumpte quod patet quia dicit
filius patris unigenitus et naturalis
et ideo racio illa non cogit quia ab
insufficienti procedit ¶ Ad illud quod obiicitur
quod pater non dicitur pater tantum respectu
filii sed eciam respectu aliorum quorum est
causa et principium conditiue · dicendum quod
sicut pater ex hoc quod temporaliter aliquos
adoptat dicitur eorum pater ex tempore
sic eciam christus per graciam temporalem
potest dici filius unigenitus non tamen
potest concludi quod sit filius tocius
trinitatis non enim est simile nulla
enim confusio predicatorum intellectui nec ad
inuentu fit preiudicium aut error
in aliquo appinguedit Et dicatur
patrem esse patrem filii solum per gracionem
ecgaliorum prouocationem non sic autem
cum dicitur filius esse christus to
cius trinitatis Vnde si intelligatur
per graciam incurrit in errorem sabel
lii · si per naturam appinguinquit erro
ri Arrii Si solo per adopcionem gra
tificacionem errori nestorii ¶ Ad id
quod obiicitur de uia suprema media et
infima iam patet Racio per predicta quia
cum illa sit creata non recipitur
racio proprie filiacionis aliquam racione illa
potest tamen dici quod non est simile de
filiis hominis ad medelam quia
racio racione subiecti diuine racione racione
tamen generatus est et assimilatur
suo principio producenti scilicet patri
et matri / patri in deitate matri in
humanitate non sic autem est racione
diuine et ideo non est simile ¶ Ad
illud quod ultimo obiicitur de proprietatibus
absolutis quod non faciunt confusionem
dicendum quod non est simile quia ille proprie
tates principaliter respiciunt naturam
ut potest esse passibile et inmor
tale sed filiacio respicit ypostasim
scilicet causa quare fiunt multi errores
quibus predicta locucio uidetur appinquinquere
et ideo quamuis ille recipi
antur a uiris catholicis tamquam
catholice hec respuntur tamquam aduersaria
insana fidei christiane

Consequenter queritur de excepcione
christi incarnacione ad graciam
inferiorem et circa hoc queruntur
tria ¶ Primo queritur de gracia
illa in comparacione ad unitatem
¶ Secundo in comparacione ad uirginem
Mariam ¶ Tercio in comparacione
ad dignitatem nature assumpte

Circa primum sic proceditur
et queritur utrum christo competeret

nl incarnato fuit ꝓ vera g
tia an qr impetrauit sꝯoꝛ pa
triũ vita et q fuit ꝓ vera g
tia vide tūc. Apparuit benig
tas et humanitas saluatoris
nři non ex operibus iustic
ſ; apparuit illa benignitatis et hu
manitatis est filij dei incarnacio
sicut in glo dr tamen benignitas
et humanitas deus nr apparuit. ergo
videt q filij dei incarnacio nõ fuit
meditatis unus initis ¶ Item sup
illud ps respice in testamentum
s. t glo meminit promissionis
qua vita desiront et loquitur
de promissione incarnacionis ergo
&c ¶ Item de eo q adiuncta ad
quitur. nõ tñ tenemur ad gratiarum
actiones sicut pro eo q gratias da
ſ; de xpi incarnacione tenemur
condignas gratiarum actiones ergo vi
q illa non impetrauit vita
eterne ¶ Item q est fundamentum
tocius vite eterne vitis eius
non pot reddi ſ; xpi incarna
to est fundamentum tocius vite
eterne quia ipse q̄t q̄e sunt regna
sunt deo et patri nec aliquis
saluatur nisi per eum. ergo nõ vide
q incarnato xpi previta patrum
sive ipsius eterne potuit impet
re ¶ Oz contra sup illud ps
ꝓpt inscitam meorum et gemitum
pauperum glo ibi exurgam. i. mit
tam filium ꝓpt gemitum pauperum
qui penalis gemunt et peccata
ꝯtuunt Nam aliter non essent
digni auxilio. ergo si ꝓpt gemi
tu sed sunt digni missione filij

dei vide q incarnato sine filij
dei conceptio corporis vitis impet
ta fuit ¶ Item qui incitur pu[lc]
incitur et accessorium ſ; incarna[cio]
filij dei fuit ordinata ad maiorem glo
rificacionem ſ; maiorem glorificacionem po
tuerunt sed mereri ergo et incepcionem
xpi ¶ Item qui incitur q maius
est pot mereri q minus est ſ; maius
est mra beatificacionem q̄m sit filij dei
incarnato quia illud est finis
istius ergo et sed meruerunt sancti
patres sua beatitudine meruerunt
ergo filij dei incepcionem ¶ Item
qui petitis aliquid in oracione ex
caritate promeruerunt pie et ad sa
lute incitur illud q petit maxi
me cum talis rei petitio deo
placet ſ; antiqui patres maiori
desiderio petebant filij dei incar
nationem et hoc promeruerunt pie
et ad salute, et deo placebat q
tale q̄ peterent ergo vide q me
ruerunt filij dei incarnacionem ¶ Re
dicendum q de beneficio incarnacio
nis sicut de alijs beneficijs diuinis
est triplex loqui videlicet quantum
ad sua ad[?] ul' ccm et quantum
ad efficaciam et quantum ad consisten
tiam. si loquamur de ipso quantum
ad ccm sic dico q illud beneficium erat
supra sortem puri merita ꝓpterea
quia non est iuste retribucionis
ſ; dignacionis diuine et nõ
sequitur vita hominis lapsi ſ; po
tius est fundamentum omnis vi
ti quia nullomodo placere potuit
post lapsum absque fide illius tu

sionem vel in generali vel in speciali secundum
hanc viam procedunt rationes et
auctoritates ad primam partem adducte
Si vero loquamur de beneficio incar-
nationis quantum ad efficaciam
sit tamen eius efficacia esse du-
plex videlicet quia ordinabatur ad libera-
tionem a servitute culpe et carcere
tenebrarum visionis dei. quodam-
modo cadit sub merito quodammodo
quantum ad liberacionem a carcere tene-
bre divine visionis et captiva-
tionis dyaboli hoc meruerunt precedentes
patres et cadit sub merito quantum
vero ad acceptionem de statu culpe
non cadit sub merito nisi quis
large sumat meritum ad meritum
congrui et condigni. Si vero loqui-
mur de beneficio incarnationis
quantum ad tempus convenientia potest
concedi absque calumpnia quod ca-
dit sub merito precedentibus enim sanc-
tis patribus frequentissimis desideriis
eam meruerunt incarnationis ac-
celeracionem Super quo dicit ysaias lxiiii
in utinam dirumperes celos et
descenderes etc. et sic patet quod incar-
nationis beneficium quantum ad esse
non cadit sub merito. quantum
vero ad tempus convenientia cadit sub
merito sanctorum patrum quantum ad effi-
caciam media quodammodo cadit
sub merito quodammodo non et
quia rationes inducte ad primam
partem currunt quantum ad illud
quod est / sive quantum ad excellentiam
sui in se concludunt ipsum non cadere
sub merito precedentium ideo
sunt concedende ¶ Ad illud quod

primo obicitur in contrarium de presepio christi
infirmitate inopia et gemitu patrum
precedentium ad hoc glossa intelligit de
beneficio incarnationis quantum
ad efficaciam vite liberationis a
pena sicut patet per eandem glossam vel
quantum ad accelerationem temporis
sicut colligitur per eandem litteram Si tu
obicias quod deus tamen incar-
natus est quando disposuerat ab
eterno christus vita patrum sed quod christus
vita patrum deus providerat
se acceleraturum et sic fecit sicut
providerat ¶ Ad illud quod obicitur
quod qui meretur principale meretur et ac-
cessorium sed quod illud habet instan-
tiam quia illud accessorium non
solummodo superat ad principale sed etiam
superat ad meritum. et quia christi in-
carnatio probabat sanctos patres
via merendi per fidem unius hinc
est quod illa principalis non habet in tantum
inferiorem potest etiam aliquis pro-
dicta bona instari. non enim
licet in tantum quantum illud accessorium non
meritorie adheret principali et tale
est incarnatio filii dei potuit
enim deus aliquod genus huma-
num glorificare et salvare quam
per filii incarnationem propter hoc non
sequitur quod si sancti patres meruerunt
suam glorificationem per ipsam incarna-
tionem. possumus tamen concedi quod
quantum ad efficaciam liberationis
potuit sancti patres mereri beneficium
incarnationis non tamen simpliciter
sicut prius ostensum est ¶ Ad illud

q obicit q qui meretur q maius
est meretur et q minus dicendum q p[er]
dicta [christ]o instancia habet in
gra[tia] et gloria quia gl[ori]a ca-
dit sub merito gracia non non
et sic et instancia pot[est] solui
et supposito posset eciam dici p[er]
interempcionem assumptionis cum
enim assumit q maior est glorifi-
cacio quam incarnacio dicendum q si ly
est ut glorificacio intelligatur
tunc p[ro] sumpcione incarnacionis
vel ut intelligatur respectu alicuius
p[er]sone specialis ut puta respectu
petri vel pauli melius enim et
petro videre deum in gloria quam
filium naturam nostram assumere
tamen simpliciter tamen loquendo melius
est filium dei incarnari quam pe-
trum glorificari quia filium dei in-
carnatio valet toti quam sua
vero petri glorificacio sibi soli et
ideo non sequitur q si aliquis
pot[est] sibi mereri suam glorificacionem
quin mereatur [christ]i concepcionem ¶ Ad
illud q obicit q qui p[er]severant
pie et ad salutem q meretur dicendum
q verum est si petat p[ro] se sed nullus
petit q filius dei assumeret
se et ideo nullus hoc meruit
petendo tamen aliis merebantur
vitam eternam sibi et ideo non
infructuose orabant posset
tamen dici q ad hoc habet
instancia quia quis quietet ad
excellenciam glorie pet[er] quam esset
sine caritatis non h[oc] meretur q[uia]
h[oc] q petit vitam suam excedit
p[er] hunc modum et supposito pot[est]

instanciam inferri
Secundo queritur de concepcione [christ]i
in ordine ad meritum beate vir-
ginis marie et est q utrum me-
ruerit beata virgo maria [christ]um
concipere an fuit concepcio illa so-
lum donum divine gracie et q[uo]d
beata virgo meruit [christ]um concipere
videtur p[er] illud q dicitur luce j beata
que credidisti quoniam p[er]ficientur in te
que dicta sunt tibi a domino sed annun-
ciata erat concepcio a domino ergo
ideo concepit quia credidit sed con-
stat q fides sive credulitas non
fuit causa efficiens concepcionis
ergo fuit causa meritoria ¶ Item in
collecta que dicitur gaudet alterum ompe-
tens deus qui glo[riose] vir[ginis] cor[pus] et
animam ut dignum filii tui ha[bitaculum] effici
mereretur s[piritu] s[ancto] coop[erante] etc ex hoc colligi[tur]
q beata virgo maria meruit et quod
digna fuit ergo meruit vnito concipe-
re ¶ Item Bernardus in de susceptionem
ad dominum tractatus illud dicens q ym-
sile est regnum celorum etc dicit
q mulier fuit sapiencia que fermento
fidei beate virginis que in incar-
nacione tria sata coniungit novum
antiquum et eternum novum in anime
creacione de limo antiquum in as-
sumpcione corporis in deum adam
eternum in unione deitatis ergo fi-
des beate virginis aliquomodo coo-
p[er]ata est in ista coniunctione sed non
quin ad p[ri]ncipium solum effectum
ergo p[er] modum meriti ¶ Item beata
virgo aut habuit gratiam sufficientem
p[ro] ante gratiam ad concepcionem filii dei
aut non si sic sed gratia sufficia[n]t

d

pparis faciat videri illud ad q
ppat merito condigni ergo videtur
q beata virgo ergo illa gracia meruit
conceptionem filii dei cum ea bene usa
fuit si non aut ergo tamen illa
gracia sufficiens preparante quia ip-
sam non poterit recipere aut quod
eam voluit deus vel non potuit
dare si non quia non potuit deus
vel noluit dare cum sit optimus
et nullus sine dubio sibi ydonea
habitaculum preparare si quia virgo
non potuit recipere ergo multo
minus potuit filium dei concipere ad
cuius conceptionem ergo illa preparabat
q si omnia ista sunt in generali
relinquo pro aliis videlicet q beata
virgo meruit conceptionem christi per
graciam sibi datam ¶ Ex contra
Aug in Enchi et habetur in libro
mediis qui natus est christus
de maria sicut filius de spiritu sancto non
sicut filius insinuat nobis gratiam
dei qua homo nullis pre-
cedentibus meritis in ipso exordio
nature sue que cepit esse verbo
dei copularetur ergo videtur q nulla
merita precesserunt conceptionem christi
vel incarnationem ¶ Item maius
est meritum tocius ecclesie quam singu-
laris persone ergo si incarnacio non
cadat sub merito tocius ecclesie nec
sub merito virginis marie ¶ Item
q cadit sub merito non tenet plene
racionem gratuiti unde si gracia ex
meritis iam non est gracia sicut
dicit Apostolus ad Ro sed filii dei incar-
nacio ad maxima pertinet graciam
secundum q dicit Aug ergo videtur quod

eius conceptionem non meruit beata
virgo maria ¶ Item hoc est in-
estimabilis dignationis qua
filius dei cum efficiatur filius
hominis propter nos humiliatus ergo
non fuit ex equitate vel iusticia
retribucionis ergo nec ex merito
virginis ¶ Ad dicendum q est
loqui de merito secundum triplicem
gradum et dicitur est enim meritum
congrui quo peccator dicitur graciam
sibi mereri cum ad graciam se dis-
ponit et est meritum digni quo
vir iustus orat pro alio et vi-
detur exaudiri et est meritum condigni
quo quis ex tanta caritate
videtur mereri tantam gloriam ¶ Di-
co igitur q beata virgo maria con-
cipere filium dei ante incarnationem
meruit merito congrui quia per gratiam in
una puritate et humilitate et
benignitate ydonea erat ut ef-
ficeretur dei mater ¶ Post annun-
ciacionem vero postquam consensit
et spiritus sanctus in ea proprietate
gratie in eam descendit tunc
non solum habuit congruitatem
sed dignitatem / et potuit me-
ruit non solum merito congruitatis
sed dignitatis obumbrari et
impregnari virtute altissimi
sed merito condigni non potuit
mereri concipere filium dei pro eo q
hoc excedit omne meritum quia
erat ipsius meriti gloriae vir-
ginis fundamentum ¶ Si enim
dicimus deum fieri hominem
sine dicamus mulierem fieri ma-
trem dei utrumque est supra statum
qui debetur creature et ideo ta-

Nō

Nō

hr quam illud fuit benignitatis
et gratie et preterea sicut dixi quod
gratiam primam pot mereri mistij
peccator merito dignitatis non me
rito condigni nec quod pderet cor
gratiae · pt concedi quod beata virgo
non tantum merito congrui sed me
rito dignitatis meruit conceptionem
quia per copiosam gratiam fuit scilicet ad
ad conceptionem illa non solum con
grua sed etiam digna fuit / con
trarius patet per virtutes et aut
toritates que ad utrumque par
tem adducuntur nam virtutes
que ad primam partem adducuntur
tenuit de merito secundum primam et
secundam acceptionem virtutes que
ad secundam partem adducuntur con
vincit de merito tertio ¶ Ad illud
tamen ubi quod dicitur in litera de
quod non preparant simpliciter merita
sed precedentia merita et hoc
non inquantumque sed in natura assump
ta quia non fuit merita ad uni
onem precedentia quia simul concep
ta et assumpta fuit et forma
ta sicut ostensum fuit supra
¶ Ad illud quod obiicitur quod maius
est merito tantus esse quam vir
ginis matre dei pot quod ratio
illa non cogit quia maius
est merito premium quam virginis
conceptionem nec tamen oportet quod
mereretur quia beata virgo post
annunciationem auditam ab ange
lo sanctificata fuit id est spiritus sanctus tantum
mulier ergo est impleta ut aliquis
digne possit mereri quod non pos
sent si omnes sancti aly offerent

congregata simul ¶ Ad alia duo
non oportet videre que precedunt
sed tertium viam sicut apparet Nam
dignitatis nichil aufferetur libe
ralitatis ergo nec benignitatis nec
primo simul cum illud manet sic
intuenti patet

Tertio queritur de gratia illa
que fuit in conceptione in
operatione ad dignitatem unionis assump
te et est quod utrum gratia illa tenet
rationem perfectionis naturalis vel gratuite
te et quod teneat rationem perfectionis
naturalis videtur primo per auctoritatem Aug
que ponitur in litera in natura humana
susceptione fiebat quodammodo
illi homini gratia naturalis ut nullum
posset admittere peccatum ¶ Item h
ratione videtur quod in est res a sua p
origine in est ei naturaliter sed anima
christi ab instanti conceptionis habuit
gratiam nec pot nec potuit ab ea
separari gratia illa. ergo videtur
quod illa gratia naturaliter fuit innata
¶ Item quod in est rei a principio intri
seco in est ei naturaliter sed gratia
christi ortum habuit habebat a persona
ubi que non est alia a persona
christi ergo in erit ei a suo principio
intrinseco et si hic tunc in erat per
modum perfectionis naturalis magis quam
gratuite ¶ Item perfectio per quam
res ordinatur ad actum naturalem ei
est naturalis sed per gratiam per quam ille homo
erat filius dei naturalis ¶ Contra gratia
gratia et natura dividuntur ex opposito
sed quorumque aliqua duo opponuntur
unum non denominat reliquum. ergo
si naturale dicatur a natura videtur quod nulla g

sit naturalis aut si est naturalis non
est gratia ¶ Item plus distat natura-
le a gratuito in christo homine quam
in ceteris sed perfecta gratia christi non
potuit esse connaturalis ergo multo
fortius videtur quod non fuit naturalis
¶ Item naturalibus nec laudamur nec
vituperamur sed christus laudabilis
erat propter gratiam quam habebat ergo non
videtur quod gratia illa fuit ei natura-
lis ¶ Item excellencior est unio
humane nature ad divinam in unitate
persone quam per conformitatem glorie
sed natura non elevatur ad gloriam quam
tamen eciam excellit nisi mediante gratia
qua excedit tamen naturam et quanto ma-
gis accedit tanto magis tenet
racionem gratie si ergo quod collatum
est christo multo magis excedebat
vires nature quam quod collatum est aliis
hominibus videtur quod gratia eius plus
habuit de racione gratuiti et minus de
racione naturalis quam gratia collata eius
membris ¶ Respondeo dicendum quod gratia uni-
onis sicut in precedentibus fuit
assignatum simpliciter potest dici. Uno modo
dicitur gratia unionis dispositio de con-
gruo ad unionem. Alio modo dicitur
gratia unionis ipsa unio gratuita
agit utrumque nature unde illa utique

et operatio trium personarum competit tunc
non assumpcionis respiciat primam per
sonam et personam. Unde ad unitatem per
sonalem et unum solum persone terminatur
ipsa assumpcionis actio et unicus
relacio ¶ Sed in medium videtur relacio
que conveniat utrique et divina natura
et divina persona unitur humane et
humana natura unita est divine
nature et divine persone quia ad utrumque
secundum ordinem et distinctionem forte et
congruentia convenientiam que implicantur
in illa relacione et secundum hoc patet
responsio ad utraque partem rationes omnes enim
concludunt secundum diversas vias nec
sunt in se aliquam repugnancia et hoc
includit patet perscrutanti singulas

Questio quarta utrum assumere co
nveniat potest divine nature abstrac
ta omni persona et quod sic videtur abs
tractis omnibus personis est intelligere
omnipotentiam sed omnipotentis nullum
verbum est impossibile ergo videtur quod omni
personalitate abstracta possibile sit deum
carnem assumere ¶ Item omni personalitate sup.
adhuc est intelligere deum summe bonum
sed quia summe bonum est diligit
creaturam et propter nimiam caritatem
suam assumpsit humanam naturam ergo
omni personalitate abstracta adhuc
est intelligere deum carnem humanam
posse assumere ¶ Item omni persona
litate abstracta adhuc est intelligere
deum potentem creare et potentem ge
nus humanum reparare sed requiritur as
sumendo carnem ergo videtur redire
idem quod prius ¶ Item omni persona
litate abstracta adhuc intelligitur

deus ut sapiens ergo sciens et
potens tyrannum superare et vincere
Sed assumptionis ministerium est ty
rannum vincere et superare ergo intel
ligitur ut potens carnem assumere
¶ Sed contra assumere est sibi unire
aut ergo in supposito aut in forma
Sed divina natura non potest sibi hu
manam unire in forma ergo si unit
aliquo modo necesse est unire in supposito
et per ergo abstractis suppositis et
personis impossibile est amplius as
sumptionem intelligere ¶ Item assump
tio dicit aliquam actionem sed nulla
actio intelligitur alicuius nisi sit en
tis in actu. Nihil enim est in ac
tu eius nisi quod est in supposito
ergo supposito abstracto non est
intelligere assumptionem aliquam ¶ Item
impossibile est intelligere quod natura hu
mana assumatur et assumatur in
abstracto vel in singulari quia si
cut vult Damascenus Natura praeter
singularia solum est in nuda con
sideratione. ergo per rationem impossibile est
intelligere quod assumptio fiat divina
abstracta ab omni persona ¶ Item
impossibile est assumptionem alicuius con
cipere alicui nisi per completum sumptum
esse. Nemo enim assumit sibi ali
quid nisi per quod est completum
sed personale complementum naturae rationalis
non est nisi in personis ergo omni perso
nalitate abstracta vel circumscripta
impossibile est quod natura humana assumatur
a divina ¶ Respondeo dicendum quod duplex convenit
in divinis personalitate considerabile per in
tellectum aut simpliciter aut per relationes
determinate Simpliciter intelligibile (?) intel

ligibilis personalitas quod considerat divina
natura ut hypostasis non in aliquo supposito
determinate et in quantum communicabilis
a multis non in quantum est in hoc
vel in illo et hoc modo divina natura
consideratur per modum cuiusdam com
municabilis ad alium et hoc modo
non intelligitur sicut [illegible] subsis
tens agendi vel patiendi quia
actio non attribuitur formae nisi
in supposito et sic assumptio non potest
ei convenire tunc quia natura talis
non intelligitur ut agens quia
actio est formae in supposito tunc
etiam quia natura talis sic considerata
non est in quo possit uniri hu
mana natura. Non enim potest uni
ri in forma. et ista duo cadunt
in intellectum huius veritatis quae
assumit et ideo ratione utriusque
quod impossibile est ut nequaquam
natura considerata in abstractione
ab omni personalitate possit assumptio
intelligi convenire. Alio modo potest
considerari ad minus personalitas
non simpliciter sed per eum modum per quem
fides fides determinat scilicet patris
et filii et spiritus sancti ita tamen quod intel
ligatur ibi suppositum rationalis
naturae. sic intelligunt iudaei
et pagani et hoc modo potest intel
ligi assumptio convenire deo licet
non ita congrue sicut intelligitur
per suppositionem personali distinctione in
tellecta. enim quod sola illa persona
quae est in [illegible] et in
divinis posset utrique humanitatem
assumere et nichil potest quod deus fieret

homo Sed tamen non ita convenit
sicut nunc quia tunc non esset
ibi verus mediator nec satisfac- mediator
tionis vel missionis sic modo e-
nim filius a patre mittitur et pro
homine satisfecit et mediator
est inter deum et patrem et genus
humanum. Unde illis intelligit unum
quod incarnationem vel per intelligit
personarum distinctionem. Concedendum est
igitur quod concepta personaliter a fide
determinata et si possit intelli-
gi assumpsisse non tamen ita conveni-
enter. Si vero personaliter concepta
non convenit a divina natura assumi
humanam. Unde concedende sunt rationes
ad istam partem inducte quia pro-
cedunt secundum istam viam. Ad illud
vero quod obicitur in contrarium quod divina natura
abstracta a personis intelligitur ut
summe potens ut summe sapiens
ut summe bona et ut creatrix
et efficiens. Ad quod illas rationes
nos videtur pro infirmando si
intelligatur quod fiat abstractio ali-
quando suppositorum vere cum quis cogitat
deum cogitat ut aliquam substantiam
divinam summe naturam intellectualem.
Aliquin non cogitat eum ut per se
in se existentem vel ut per se poten-
tem ut summe sapientem. Aliter in-
tellectus est de divina ad assump-
tionem non enim requiritur causa
efficiens Sed etiam illud in quo fiat
unio et ideo esto quod cum per se
concepta consideratur divina natura
in ratione per se potentis et sapien-
tis non tamen cogitari posset
in ratione assumentis quia non
possit ibi esse intellectus unibilis.

V

Quarto et ultimo queritur utrum hec
sit concedenda divina natura est caro
facta. Et quod sic Jo. Dam. et habetur
in littera dicitur tota et perfecta natura omnes
deitatis in una personarum ypostasi in-
carnata esse. Sed incarnari non
est aliud quam carnem fieri ergo si hec
est vera divina natura est incarnata
et hec similiter divina natura est caro facta.
Item nichil aliud est dicere verbum est
caro factum quam humana natura est assump-
ta a verbo. Sed humana natura non solum
est assumpta a verbo sed etiam a divina natura
sicut ostensum est supra ergo videtur
quod divina natura sit caro facta. Item
nichil aliud est verbum carnem fieri quam dei
filium esse factum hominem. Sed dei filius
est divina natura vel essentia et per hoc
veniunt est communicatio ydyomatum
ergo videtur quod sicut ista concedenda verbum caro
factum est id est concedi debet divina natura
est facta caro. Sed contra magister in littera
expresse videtur negare quam asserere
ergo secundum sententiam magistri videtur potius capitulo
vel et neganda. Item quia filius
dei est caro factus concedendum quod filius dei
sit passus et mortuus. Sed non
concedendum divina natura est passa vel mor-
tua ergo nec ista debet concedi divina
natura est caro facta. Item quandocumque ali-
qua duo sic se habent quod formaliter
sit distincta si dicatur unum fieri
alterum sequitur unum converti in alterum ut
patet si dicatur unum fieri alterum aqua
fieri vinum. Sed sic se habent caro et
divina natura tum ergo divina natura non sit
in carnem conversa videtur quod hec non sit
concedenda divina natura est caro facta. Est
igitur quod quia ingressus ista concedenda divina natura

est incarnata quoniam ista divina natura
est caro facta. ¶ Ad 2m dico quod ista propositio
deus et potest concedi divina natura est incar-
nata quia scriptura legitur nec est simpliciter
impropria. Duplicem enim facit intellectum
quorum unus est verus et katho-
licus sed alius sit ambiguus
vel cum dicitur divina natura est incar-
nata .i. carni unita et hic aliquando
dubius non est. Cum enim unio di-
cat relacionem sibi enim hic notat naturarum
distinctionem et concludit confusionem
et ideo tenet istius intellectus propositio
concedi. divina natura est incarnata.
Potest etiam alius esse sensus divina
natura est incarnata .i. caro facta et
tunc illud non admittitur conveniunt
doctoribus hic enim non recipit. Di-
vina natura est caro facta hic enim
duplicem intellectum et in uno intellectu
est falsa et in alio intellectu est adeo
oppositum quod potest deduci in eo-
dem et ideo nullo modo recipit. Du-
plicem enim hic intellectum predicatum lo-
cutio. Ex eo quod hoc quod est caro facta potest cadere
inter subiectum et predicatum vel referri ad
totum. Si cadet inter subiectum et predicatum
tunc notat formacionem circa divinam naturam
respectu forme carnis et ideo falsa
est. Divina natura est caro facta .i. con-
versa in carnem et hic quidem simpliciter
est falsum. Si autem respiciat totum hic
sensus est divina natura est caro facta
.i. factum est ut divina natura sit caro
et hic quidem proprie loquendo est falsa quia
caro non potest dici divina natura. Si autem
intelligatur sensus dictus ut sit sensus
divina natura est caro .i. homo et si
idem aliquo modo possit concedi propositio ...

nominatur in supposito quod significat propositio
concreta. Propter hoc quod hec est vera
homo est divina natura .i. ille qui est
homo propter unionem nimiam tamen composi-
cionem tacenda est ne videatur
notare per hoc deum vel naturarum simul composi-
tionem aut confusionem que omnia relega-
da sunt ab illa excellentia uni-
one et assumptione. Concedendum est igitur
veritatis audientes locuciones prius
dictas non esse admittendas licet
non multum cogat. ¶ Ad illud
quod obicitur divina natura est incarnata
et concedit. Dico quod non est simile
sicut iam visum est. ¶ Ad illud quod
obicitur quod propter humane nature assumpcionem
ista conceditur verbum est factum caro.
Dico quod non est simile quia verbum
dicit personam suppositum tamen intelligitur
ipsa humana natura et quasi habet
denominare et ideo non significat composi-
tionem aliquam naturarum mutacionem vel confu-
sionem sed solum verbi ad humanam naturam
denominacionem ut dicatur verbum esse
homo non sit autem est cum dicitur
divina natura est facta caro quia cum
iste nature sint distincte nec una
possit ab alia denominari quamvis
habeat alteri uniri magis abstractive
et unitive. Locucio predicta recedit. ¶ Ad
illud quod obicitur quod verbum fieri carnem
non est aliud quam verbum fieri
hominem. Dico quod verum est et quod ista
vera est et propria verbum est factum
homo figurativa locucio que in ca-
sum incarnationis resolvitur non est neganda du-
cendi in errorem ymmo concedi
potest secundum katholicos. Hec autem divina
essentia facta est homo quamvis non

sit omnino falsa quia ypostasis
predicatur de divina natura per ydempti-
tatem non tamen est adeo propria
sicut ista filius dei factus est
homo ymo nimis est compossi-
bilis et propterea hec figurativa illius
sig. per synodochen tamen sine
periculo homines simpliciter recipiunt
pro eo quod magis recedit a simo-
nis proprietate et ab compossitione
unitatis et appropinquat intellectui
eorum qui de tempore negant
locutiones adiectivales theologice ne
palagizent et decipiant sim-
plices qui nesciunt vocabulorum
virtutes

Circa quintum de scito principali videlicet de assumptione
ex parte assumpti et circa hoc quinque
queruntur. Primo quinto utrum verbum
dei assumpsisset humanam naturam. Secundo
utrum assumpsisset humanam personam. Tertio
utrum sit parte ex stamen inten-
tione personalis circa dimidiam sepa-
tam. Quarto utrum congruum sit quod
deus assumpsisset hominem. Quinto
et ultimo utrum concedendum sit
quod assumpsisset humanitatem

arlm 29 Circa primum sic proceditur et
queritur utrum sit concedendum
quod humana natura sit assumpta a deo et
quod sic videtur philippenses ii. Semet ipsum
exinanivit formam servi ac-
cipiens. Sed intellectus non attenditur
quantum ad personam formam servi ac-
cipiens. ergo si assumpsit formam
hominis assumpsit hominem naturam.
Item dicitur de fide ad petrum de
humana natura in unitate persone
accepit. Item nullus est verus

homo nisi non habeat humanam naturam
Sed dei filius verus homo est
ergo habet humanam naturam in se. Sed
non habet eam per eternam generationem. ergo
habet per assumptionem. igitur assumpsisset hu-
manam. Item quemadmodum est ali-
quis filius naturalis si generatur
cum eo in natura. Sed dei filius est
unigenitus filius naturalis. ergo generatur
cum eo in natura. Sed filius dei est vir-
ginis filius naturalis. aut igitur
illa natura habuit ab eterno vel ex
tempore constat quod non ab eterno sed
ex tempore. Sed ex tempore vel dupliciter
propria virtute aut ex aliena constat
quod ex virtute propria. Sed quod accipit
quis virtute propria dicitur assumere
restat igitur quod humana natura sit a deo
assumpta. Sed contra omne quod assu-
mit est antequam sit assumptum
Sed humana natura et persona non fuit
ante unionem eius cum verbo. ergo
non videtur quod fuit assumpta a verbo.
Item omne quod assumitur ab aliquo
sit aliquando unum cum eo a quo
assumitur quia assumptio ordinatur
ad unionem. ergo si humana natura
assumitur a deo sit unum cum deo
Sed que sunt eadem uni sunt
sibi invicem de alio. ergo humana natura
est deus et econverso. Sed hoc est falsum ergo
et illud ex quo sequitur scilicet quod hu-
mana natura sit a deo assumpta.
Item omne quod assumitur ab aliquo
ad unionem acquirit aliquam proprie-
tatem eius a quo assumitur et tri-
buit. Sed humana natura non ac-
quirit aliquam proprietatem verbi nec
sibi nulla eius proprietas verbi di-
de humana natura. ergo non videtur

quod ipsa ambo dei sunt assumpta
¶ Item Boecius in li. de duabus naturis
et una persona christi ponit iiij^or
diffinitiones nature quarum nulla videtur
competere assumptioni divine. ergo si vere
et sufficienter diffinit naturam non videtur
esse concedendum quod humana natura
sit assumpta adeo quod patet discurren-
do per singulas notificationes
quarum prima est Natura est earum
rerum que cum sint quoquomodo intel
lectu capi possunt sed modo non potest
accipi cum dicitur humana natura
est assumpta est assumpta ambo
quia si unum comparatione hominis vel
utrum assumpsisset videtur assumpsisse
humanam naturam. Secunda diffinitio
nature est Natura est vel quod agere
vel quod pati potest et adhuc ista no
tificatio non competit igitur quia
secundum istum modum sibi sufficeret
assumpsisse solum animam adhuc quod
diceretur assumpsisse humanam naturam
¶ Tertia notificatio est Natura est
principium motus et quietis per se et
non secundum accidens adhuc non ista
competit quia sufficeret si solum cor
pus assumpsisset. Quarta notifi
catio est hec Natura est unaqueque
res informans specifica differentia [illegible]
net et isto modo videtur assumpta
competere quia sicut dicit Damascenus
in li. ca. vij. verbum incarnatum
non eam que nuda contemplatione
consideratur assumpsit naturam non
enim incarnatio hoc esset sed fictio
et deceptio incarnationis. Neque eam
que specie consideratur sed eam que est
in athomo. ergo nullomodo videtur

esse concedendum quod deus humanam
naturam assumpsit ¶ R. d. quod nunc
et presens loquendo concedi potest et dicetur
humanam naturam adeo assumptam
esse pro eo quod sicut dicit philosophus natura
dicitur et prima materia et prima
forma et de aliis dicitur secundum quandam
analogiam quam igitur deus assumpsit
naturam humanam et eius est prima materia
hominis universale et actus formale hominis anima
est quod vere non solum humanam
naturam sed etiam totam humanam naturam
dicatur assumpsisse et ideo concedende
sunt rationes adhuc inducte. Ad
illud quod obicitur quod nichil assumitur
nisi ens dicendum quod hoc dupliciter potest in
telligi. Uno modo sic nichil assumitur
nisi ens in ipsa assumptione et hoc quidem
verum non est non habet instantiam in
composito quia humana natura simul habent
esse et est assumpta. Alio modo potest
intelligi ut nichil assumatur nisi prius
sit quam assumatur et si hoc intelligatur
de esse in proprio in natura habet quia
assumpta natura prius est in potentia
materie vel efficientis quam uniatur
ipsi assumenti. Si autem intelligatur
de esse in actu Sic non
est in natura ipsa proprio maxime quia
simul potest rem fabricare et sibi uni
re unde si quis posset vestimentum
in dorso suo facere simul esset
vestimentum completo et vestimentum as
sumptum per hunc modum intelligendum
est in proposito ¶ Ad illud quod obicitur
quod assumptio unum fiat dicendum quod unum
est non tamen omnimode fiat
unum sed secundum quod competit comparatione
assumentis ad assumptum Si autem

in aliqua assumptione requirit unio
personalis requiritur in assumptione hu
mane nature ambo quia non tantum
est ibi unitas predicamentalis
sed etiam est ibi unitas que est
proprius in compositione sua sed ante
unitas aliquomodo admittit diversitatem
et omnis creata non unde de nulla
compositione cuius sit natura creata conceditur
quod sit sua essentia vel non in abstrac
tione sed solum quomodo concretionis
unde non dicitur quod petrus sit humanitas
sed quod petrus sit homo plurimum
modis intelligendum est improprie quod
quamvis deus non sit humana natura
est tamen homo et persona non recipit
illa tamen unum non predicaretur
in abstractione ergo non habet perfec
tionem sine unitate assumptionis con
petentem ¶ Ad primum quod obiicitur quod omne
quod assumitur ab aliquo acquirit
aliquam perfectionem dicendum quod verum est quod
aliquam perfectionem acquirit sed hoc potest
esse in recto vel in obliquo vel
ratione suppositi vel ratione forme et
quamvis non videatur humane nature
acquiri perfectio ratione forme
acquiritur ratione suppositi humanus
etiam non convenit ei perfectio in rec
to convenit in obliquo secundum quod non
abstractive sumitur ¶ Ad illud quod
obiicitur secundum quam illam notificationem
acquirat ibi non Dico quod forma
omnem potest acquiri maxime tamen
secundum ultima quia completiva et
specificativa habet homo diversum
nec valent ille instantie quia
proprius dicitur non solum assumpsisse

humanam naturam sed totam humanam
naturam nec dicitur assumpsisse predicata de eis
secundum quod predicata dicta sunt per abstrac
tionem a singularibus sed assumpsit specificationem
dicitur nisi innuat concretum et h
non datur intelligi ratione non in hoc
enim differt essentia a natura quia
essentia nominat rei formam in quadam
abstractione non etiam nominat ente
in motu et in re ut natura operationis
principium et ideo doctores catho
lici magis ista verbo uti voluerunt
deus assumpsit humanam naturam quam
hoc deus assumpsit humanam essentiam
quamvis utrumque sit vera ista enim est
magis propria

Secundo queritur utrum deus assumpsit
humanam personam et quod sic vi
detur dissensio personam dicitur quod est
individua substantia rationalis nature sed ipse
assumpsit individuam substantiam rationalis
nature ut dicit damascenus assumpsit
enim naturam in athomo ergo assumpsit
personam ¶ Item addignitate singulari
spectat ut illud singulare sit per se
enim non est dignitatis sed natura assump
ta in christo equalis est magis no
bilis est quam sit in aliquo alio homine
Si igitur in aliis non amittit rationem
persone videtur quod in christo habeat potissime
esse ergo etc. ¶ Item anima rationalis
unita carni facit personam sed tamen
deus humanam tamen assumpsit animam
rationalem carni coniunxit ergo si assumpsit
animam carni coniunctam videtur quod as
sumpsit personam ¶ Item persona non
corrumpit sed personam sed dei filius as
sumpsit quod virgo genuit ergo si ver

ergo genuit pater sunt uidetur quod deus
eadem persona assumpsit ¶ Sed contra
Augustinus de fide ad petrum Deus naturam
hominis assumpsit non personam
¶ Item hic ipsum audit hoc tale uoce
in christo non est nisi una persona
ergo si dei filius assumpsit personam
uel assumpsit se ipsum Sed hoc est falsum
et non intelligibile ergo et illud ex
quo sequitur. scilicet quod persona sunt ambo
assumpta probat aut persona processus (?)
sit. scilicet quod christus sit unus in persona
Dicimus quod esse idem est quia unum e
Si ergo christus est uere esse unum
esse Sed non est unum in natura ergo
uere est unum in persona ¶ Item
hic ipsum audit personis uacantem
sed cum dicat quod completio et destructio
tamen ultima completione Sed quod assumit
eo ipso quod assumitur ad complementum ordi-
natur. ergo uidetur quod in se non habeat
rationem persone ¶ Item si assumpsit aut
assumpsit aut consumpsit constat
quod non consumpsit quia diuina natura
humane nichil nobilitatis abstulit
sed consumpsit ergo cum assumens
non sit assumptum restat quod in christo
sunt due nature et due persone
scilicet humana et diuina. ergo nec deus
est homo nec homo est deus
ergo non est ibi aliqua unio ad
personam nec assumptio Si igitur est ibi
assumptio necessarium est quod persona non
est assumpta ¶ Respondeo. Dicendum quod cum modo
aliud est quod persona prius assumpsit
hic cum tripliciter potest intelligi aut
quod ipsum assumptum fuit persona ante

assumptionem aut quod fuit persona
in assumptione aut quod fuit post
assumptionem quolibet istorum trium
modorum supposita sua predicatio-
nis est falsa Nam primus repug-
nat unitati conceptionis Secundus
unitati assumptionis et tertius uni-
tati unionis Primus namque quod
hic ponit quod ante assumptionem fuit
persona unitati conceptionis repugnat
Si enim ante fuit persona quam esset
deus uirgo maria non concepit
deum sed hominem purum quod est contra
euangelium et conceptionis articulum
¶ Secundus non modus qui ponit
hominem illo tempore assumptionis
fuisse personam unitati assumptionis
repugnat Si enim in assumptione
fuit persona et post assumptionem desi-
nit esse persona potius in ipsa
assumptione persona consumebatur
quam assumebatur Non igitur fuit
illa uera assumptio sed magis
consumptio ¶ Tertius modus intelli-
gendi quod persona fuit post assump-
tionem est illud quod assumptum
est unitati unionis repugnat
Si enim assumens differt ab
assumpto et illud quod assumptum
est persona et quod assumpsit sit
est persona ergo in christo sunt
due persone et due sunt in eo
rerum nature hic constat ad
personam nulla est ibi unio. ad
si hic nulla esset incarnatio nec
humani generis reparatio quod adeo est
absurdum ut totius fidei christi-
ane piam (?) fundamentum Inhumanitatem

errorem pessimum decidit enti-
tes ut dicit Boecius pro eo quod
nesciunt distinguere inter personam
et naturam pro eo quod uidit in christo
duplicem esse naturam intellexit
duplicem esse personam Nestorius
non cecidit in causa errauit sed
non eodem modo quia cum nesciret
distinguere inter personam et naturam
et uidit quod in christo non poterat
esse nisi una persona ex hoc com-
pulsus est ponere quod in christo non
est nisi una natura / et ideo sicut
duo errores sunt in diuinis scilicet
Arrii et Sabellii pro eo quod nesciunt
distinguere inter naturam et personam
Sic duo sunt errores circa incar-
nacionem christi uidelicet Euticis et
Nestorii catholica non errat per me-
dium istorum errorum pertransit dicens
in diuinitate plures esse personas
et unam naturam et in christo plures
naturas et unam personam et ideo simpliciter
concedit personam assumpsisse unam
et negat personam assumpsisse plu-
res sicut magister dicit in littera unde
rationes sunt gratia deducte pro sua
parte ¶ Ad illud quod obicitur pri-
mo quod persona est rationalis nature in-
diuidua substantia dico quod indiuiduum in
notificacione persone triplicem importat
singularitatis distinctionem uidelicet singularitatis
incommunicabilitatis et supereminentis digni-
tatis Indiuiduum enim dicitur quod est
in se indiuisum et ab aliis distinc-
tum Distinctionem singularitatis uoco quod
aliquid non sit quod ad plura
liceat dici de uno solo dicitur per

tus dicitur indiuiduum hoc non non dicitur indi-
uiduum Distinctionem incommunicabilitatis dico
quod aliquid non sit aliquid pars siue
membrum in separatione ut pes
uel manus hominis simpliciter loquendo
non dicitur indiuiduum Distinctionem super-
eminentis dignitatis intelligo illam
que accipitur a proprietate dignitatis hoc enim
nomen persona sumptum est a dignitatibus
Unde non reperitur nisi in indiuiduo nobi-
lissime creature ut pote rationalis
et uirtute sue nobilissime proprietatis quam
igitur natura humana assumpta a christo or-
dinata est ad nobilitatem proprietatis
eiusdem persone secundum alteram naturam
patet ergo quod non tenet ibi proprietatem
personalitatis cadit enim ab una
proprietate que quidem est supereminentis
dignitatis et quia quidem non cadit persona
ibi secundum diuinam naturam et sic patet
quod distinctio persone et uero illa non
ualet quia notificio persone uere
intelligitur non quantum ad naturam
assumpte ¶ Ad illud quod secundo obicitur 7o
tam patet quod ad hoc quod ratio dicta est
quod natura assumpta in christo eo ipso est
nobilior quod in nobiliori persona sta-
bilitur quia non in persona creata
sed in persona increata unde tanto magis
ad dignitatem quantum aufert rationem
suppositi non aufert dignitatem
proprietatis melius enim est subesse
superiori quam preesse alicui inferi-
ori Sicut prestancior est anima tua
possidere adeo quam possidere uel ra-
tis et melius mulier uirgo nobilio-
rum committit matrimonium tuo rege cum
subsit quam tua committit tuo rustico tam

psit unde esto q deus aliquam
assumeret que iam est psona uel
eius actu ille tamen desineret esse
psona nichil tamen dignitatis amit
teret esset enim psona secundum naturam
assumptam animus non secundum naturam
assumptam ¶ Ad illud q obiicitur q a
nima unita carni facit psonam Dico
q uerum est quando anima et caro non
iunguntur digniori Tunc enim non
solum quando anima et tamen constituitur
una natura sed quando una ypostasis
et psona Non sic autem est in proposito
quia anima et caro fuerunt sibi in
uicem unita ipsi uerbo nec in aliquo
instanti fuit anima illa quin esset
unita uerbo et una ypostasis etiam
erat inquantum coniungebant corpus
et animam et ideo non constituebant
psonam sed solum unum et ideo non
sequitur q si dei filius assumpsit a
nimam carni unitam quin esset assump
ta q quasi sit de eodem secundum natura
¶ Ad illud q obiicitur q beata uirgo ge
nuit psonam Dico q uerum est quia
genuit filium dei Sed quando psona
generatur uocatur et duplex est
una in illa psona increata et in
creata. Ideo uocatur duplex uel du
plex conuenit ei generatio temporalis
et eterna Temporalis inquantum assimilatur
matri eterna secundum unum inquantum as
similatur patri ideo non cogit ratio
illa quoniam generatio conuenit psone
conuenit tamen et uocatur uel magis
uerum est in generatione increata inquantum
est una tantum psonalis distinctio
sed naturalis multiplicatio

Tertio queritur utrum sit ponere
intentionem psonalitatis in
anima separata anima rationali ion

separata et q sic uidetur primo per ratio-
nem q in illa anima absoluta
a corpore psona est sicut angelus
sed angelus uere et proprie psona est
ergo et anima separata ¶ Item sicut
dicunt quidam distinguitur psona
est res distincta proprietate ad
dignitatem pertinente. sed anima separata
distincta res q patet ergo est psona
¶ Item res quando substantia una in se
ipso non est psona est propter
unionem ad aliquid sed anima non
separata assumptibile et unibilis completa
sed illam rationem que ponit
boetius psona est individua substantia
rationalis nature ergo uidetur q ratio
psonalitatis conuenit anime separa
te et proprie et uere ¶ Item quod anima
separata comparatur ad angelum et quod
comparatur ad alteram animam et que
est comparatio unius angeli ad alterum
eadem est comparatio unius anime ad al
teram sed anima separata differt
secundum speciem ab angelo sic et an
gelus ab anima. ergo a simili sicut
inter unum angelum et alterum est
distinctio psonalis ergo inter unam
animam et alteram Sed que habent
distinctionem psonalem habent intentionem
psonalitatis ergo plena ratio
psonalitatis contingit reperiri in anima
separata ¶ Item cuicumque conuenit
loqui de se ut de se est psona
sed anime separate conuenit loqui
de se ut de se conuenit enim ad
ipsam dirigere sermonem Sicut ad
animam petri et pauli dirigimus
et constat q non statim pro uoluntate
uoluntate sua proprie sic aliquis

compleverunt ergo videtur quod anima
separata necessario et ipsa sit persona
¶ Item anima per separationem sui a cor-
pore non habet conditionem deteriorem sed statum
digniorem sed quamdiu spiritus rationalis
erat in corpore et corpori unitus
non carebat ratione personalitatis
ergo nec quando est a corpore separatus
¶ Contra persona est per se una
sed quod venit aliquid ad constitutionem tertii
non est per se unum et distinctum
sed quod totum est natum veniri ad
constitutionem tertii non est persona sed anima
rationalis est huiusmodi ergo etc. ¶ Iste p-
dicat quod completissimum in genere sub-
stantiae quod non est ordinatum ad ulteri-
orem perfectionem in eodem genere sed anima
rationalis est ordinata ad constitutionem ter-
tii ergo non habet intentionem personae
¶ Item anima rationalis eo est uni-
ta talem ut dicat magister non est
persona ergo si quando est separata habet
rationem personae ergo digniorem modum
habet quam existendo in corpore. Si ergo
natura semper desiderat quod inclinatus
est videtur quod anima magis desi-
deret uniri corpori ut dicit. Contra hoc
quod cum anima unitur corpori sit ei pre-
iudicium et eo separatur quod non
sit ei poena sed praemium quae omnia
falsa sunt et absurda ergo et id
ex quo sequuntur videlicet quod anima
separata etc. ¶ Item si anima se-
parata est persona cum assumere
sit actus personae quaerentis sic
divina persona dicitur corpus assumere
cum corpus ei unitur et similiter an-
gelus consimili modo anima diceret

assumere corpus proprium cum eidem
unitur quod magis est ergo sibi non recipitur
videtur quod nec primum sit concedendum
scilicet quod anima separata sit compersona sic
dicitur ¶ Respondeo dicendum quod sicut apparet ex
textu opinio magistri fuit quod anima
separata sit persona et hec opinio fuit
magistri Hugonis de sancto Victore. Unde autem
quae movit eos ad hoc potest fuit
actualis distinctio et completio reper-
ta in anima separata quia actus no-
biles liberius exercet et perfectius
quam exercuit in corpore sed tamen opinio
non sustinetur communiter a doctoribus vo-
luimus est quod ad completam rationem
personae requiritur ut dictum sint sicut
distinctio singularis et incommunicabilis et
supereminentia dignitatis quamvis autem in
anima separata sit reperire singularitatem
et dignitatem non est tamen reperire in-
communicabilitatem quia appetitum et aptitudinem
habet ut uniatur corpori ad constitutionem tertii
et ideo non est integram talem distinctionem
personalitatis quae si completa esset ani-
mae appetitus eius frustraretur quem habet
rursus corpus resumendi sicut vult Augustinus
super xii genesis ad litteram et tunc non
habet in se intentionem personae non sequitur
quod personalitate careat cum est separa-
ta a corpore aliquin sequeretur praedicta
inconvenientia videlicet quod unio esset
peior vel et separatio non esset poena-
lis illa quod unio esset in animae pre-
iudicium et separatio maximum quod-
libet praemium est et ideo non in unione
in hac opinione quamvis non sustinetur
magistri quamvis aliqui velint dicere
quod magister intellexit de anima separata

ad corpus separata unibilitatem ad corpus eo quod
est potius ubi palliata quam ex-
presso sicut patet apparitio dubia ipsius
separata unibilitas sunt aptitudo unien-
di cum corpore non est anime actualis sed est
ipsi anime connaturalis et ita non potest
abstracta separata separari vel disponibi-
litate ipsius vel sicut superius est
locutum fuit. possumus tamen dicere
ob reverentiam ipsius quod non volunt
dicere quod tota ratio personalitatis competit anime
separate sed quod hoc supposito quod anima esset
separata esset persona ad hoc non esset persona in corpore
quod esset quaedam ratio divina persona quando quod
non fit dementerie neget hoc concedendum
est quod ratio personalitatis non est plene ex
animam separatam tamen concedende sunt
rationes ad hoc inducte. ¶ Ad illud vero
quod obicitur quod anima separata est rationis
et naturae integrae ideo patet responsio per
iam dicta. ¶ Ad illud quod obicitur quod anima
separata est rationis distincta proprietate
pertinente ad dignitatem dicendum quod non
est ibi ratio distinctionis secundum quod obi-
citur persone intentionem secundum illa tri-
plicem conditionem que superius est assig-
nata est. ¶ Ad tertium vero quod obicitur quod
cum anima unitur corpori non unitur
digniori et ita unibilitas ad corpus
non aufert anime personalitatem dicendum quod
hoc verum esset si anima esset persona
per se tunc enim rationem persone non
privaret quod corpori coniungeret.
Si ergo rationem persone caret cum corpori
coniungitur patet quod non est persona cum
est a corpore separata. hoc autem non est
propter defectum dignitatis sed propter
defectum incompletionis quoniam non integre
[illegible] possumus dicere quod ad ipsam unibilitatem

persona compositionis sequitur quedam
indigentia et defectus a completione
dignitatis. ¶ Ad illud quod obicitur quod
anima differt specie ab angelo secundum
quod omnibus comparatur dicendum quod ratio personalitatis
plus dicit completionem quam intentio
speciei. Nam corpus secundum naturam
humanam continet sub specie homines
quoniam secundum illa non habeat
intentionem personalitatis et ideo non
sequitur quod si anime separate conveni-
at speciei differentia respectu angeli quod
propter hoc conveniat ei differentia personalis
respectu alterius anime vel sequitur
differt una ab alia anima. ergo
differt personaliter quia distinctio
secundum numerum in pluribus est quam distinctio
personalis. ¶ Ad illud quod obicitur
quod tamen competit loquendo de persona ut de per se
rebus dicendum quod verum est accipiendo large
personam secundum quod persona dicitur esse in
nomine vel in substantia secundum quod
reddit suppositum verbo hoc autem modo
non loquimur hic de persona quia hic est considerata
quantum ad theologiam. Sed cum magis
respiciat modum significandi quam proprietatem
rei. ¶ Ad illud quod ultimo obicitur
quod anima gloriosa propter separationem a
corpore non habet completam dotationem
dicendum quod illa ratio deficit dupliciter
primo quidem quia quoniam non ha-
beat completam dotationem quantum
ad bene esse ut potest quantum ad
dei fruitionem tamen bona habet
completam quantum ad esse
vero personalitas tamen non attenditur
quantum ad bene esse vel esse gratie
sed quantum ad esse vero sine esse per-
[illegible] alius est defectus est

qua intencio personalitatis compe-
tunt anime unite corpori ita
tamen quod nec anima nec corpus
est persona sed totum compositum et ideo
non sequitur quod talis dignitas
remaneat in anima separata vel
proprietas sicut nec risibilitas que
est proprietas respectu compositi post
separacionem nec remanet in anima
nec etiam corpore

Quarto queritur utrum conce-
dendum sit quod deus assump-
sit hominem et quod sic videtur per illud
quod dicitur in psalmo Beatus quem elegisti
et assumpsisti sed beatus stat ibi pro
aliquo non est autem dare aliquem
nisi hominem ergo etc. Item Augustinus
in exposicione symboli Si quis
dixerit hominem a christo assumptum
depositum esse anathema sit
Item Anselmus dicit in libro de incar-
nacione quod non assumpsit hominem
in genere hominem sed hunc hominem
sequitur homo ergo si hunc hominem
assumpsit hominem sequitur quod assumpsit
hominem Item proprietas unius
partis denominat totum unde petrus
dicitur albus si solum corpus sit
album ergo multo forcius proprietas
utriusque sed verum est dicere christum
assumpsisse carnem et animam
ergo verum est dicere quod assumpsit
hominem Item filius dei assump-
sit animam et corpus et hec assump-
sit unita ergo si corpus et ani-
ma unita faciunt hominem ergo
videtur quod assumpsit hominem Si
tu dicas quod non fuerunt prius uni-
ta vel ergo si unita ergo si corpus
et anima fuerunt quando assumpta per hoc quod
non dissolvitur et effugit racio quia
si anima et corpus non fuerunt ante
unita quam assumpta prioritate tem-
poris saltem per se simul fuerunt unita tem-
pore unita et assumpta ergo videtur
quod in sua assumpcione hominem fa-
ciebant et sic hoc verum est ergo etc.
Item filius dei est homo aut
homo qui assumpsit aut homo
qui non assumpsit Si homo qui
assumpsit ergo assumpsit hominem
si est homo quem non assumpsit ergo
aut petrus vel paulus vel de
ceteris Sed ergo nullum talem est
dare videtur ergo simpliciter verum quod
assumpsit hominem Contra quod in libro
de regulis fidei dicitur quod assumens
non est assumptum ergo si filius
dei est homo filius est filius dei
assumpsisse hominem Item assump-
sit hominem et numquam deposuit quod
assumpsit ergo semper fuit homo
ergo quando erat mortuus erat homo
quod non videtur verum cum sit opposicio in
adiecto Item si assumpsit hominem
aut hominem in genere aut hunc
hominem non hominem in genere assumpsit
ergo hunc hominem sed hoc non nominat
personam vel saltem ypostasim ergo in christo
sunt due persone vel due ypostases
sed hoc est falsum et fidei contrarium ergo etc.
Item assumpcio dicit unionem alicuius
rei assumpte sed unius rei tempore
vel natura precedit unionem rerum
ergo prius est assumptum naturaliter
quam sit unum assumenti si ergo homo
dicit humanam naturam in composicione cum
persona sive persona nature est
quod in christo sit alia persona quam

D

persona assumens adhuc competens subsistentias ante assumptionem quod si simpliciter est verum restat quod illud est verum filius dei assumpsit hominem.

¶ Secundo dicendum quod aliqui nolunt sustinere locutionem istam sicut illi qui fuerunt de prima opinione dicentes quod Christus est duo scilicet due res nature sue videlicet et deus. Sed quod illud non potest rationabiliter sustineri sicut inferius videbitur. Ideo alii distinguere volunt quod est loqui de assumptione vel quantum ad fieri vel quantum ad factum esse. Si loquamur de assumptione quantum ad fieri sic verum est quod assumpsit hominem unione anime et carnis. Si autem loquamur de assumptione quantum ad factum vel assumptum esse concedere nolunt verum dei assumpsisse hominem. Tamen cum non videtur quod homo ille fuit ante assumptionem sed quod per assumptionem aliquis factus homo sed ad hoc illud non videtur multum rationabiliter dictum. Nam si per assumptionem vestitus non posset aliquis esse vestitus hoc rationabiliter conceditur hoc assumunt vestimenta et hoc non admittitur iste assumit se vestitum vel calciatum per consimilem modum nec ista assumit se vestitum vel calciatum per consimilem modum nec ista videtur esse admittenda filius dei assumpsit hominem quamvis per assumptionem factus est homo. Et

sit ideo est tertius modus dicendi communior et verior quod hec est vera filius dei assumpsit hominem. Et ratio huius est quia homo significat

subsistentiam formaliter sine unione in concretione ad suppositum designo nec predicatur secundum quandam identitatem et ideo de ipso supposito non predicatur ut dicatur iste est homo. Verbum autem assumendi de sua ratione plus importat videlicet distinctionem assumentis ad assumptum in hoc quod importat relationem et ordinem et quidam importat respectum eius quod valet antecedens ipsam assumptionem antecedit quamvis possit respectum eius quod consequitur. Ita res assumpta valet ipsam assumptionem antecedit quamvis posset dici tempore tamen prius simul causaliter non et unus assumentis ad assumptum consequitur ipsam assumptionem et ideo dicendum hec est vera filius dei assumpsit hominem tamen propter defectum distinctionis quam hoc importat de filio dei tunc importat defectum ordinis quia competit subsistentia ad personam vel hypostasim sequitur ipsam assumptionem et non antecedit. Res autem assumpta antecedit et ideo predicamus [?] sumus falsus quodammodo causa et rationes concedende sunt ex opposita parte.

¶ Ad illas non auctoritates in contrarium adductas dicendum quod aliquid habent improprietatis et sunt exponende. Sancti enim loquuntur aliquando multum expresse. Unde homo in predictis auctoritatibus magis accipitur abstractive quam concretive magis pro humana natura quam pro re ut. Et per similem modum ad quosdam auctoritates potest responderi unica

rustione quia homines nomine
humana non habz intelligi gen-
nus secundum quem usum et secundum
virtute vocabuli hoc nomen
homo non ita consuetum sit ac-
cipi ¶ Ad illud quod obicitur quod species
tas partes denominat totum
dico quod illud habet instantiam
in speciebus respectivis quoniam in
tate sicut in speciebus absolutis qui
nus enim verum sit quod manus pe-
tri minor sit petro vel quelibet
eius pars quodammodo hic tamen est
falsa petrus est minor petro
vel dissimilis a petro propter eciam mo-
dum intelligendi est in proposito
quia assumens sicut dictum est
vel assumptum dicit aliquem ordinem
vel distinctionem que reperiri pot-
est inter verbum christi et partes corporis
hominis que sunt corpus et
anima quamvis ille respectus vel ordo
inter personam christi et ipsum christum
hominem reperiri non valeat ¶ Ad
illud quod obicitur quod assumpsit animam
et corpus unita dico quod cum unio
anime et corporis respectu suppositi
in quo sunt et respectu humane nature
quam constituunt et utraque unio
anime ad corpus sint in ipsa
assumptione et una quidem ante-
cedebat secundum ordinem nature scilicet
anime ad corpus ad constituendum unam
naturam alia vero scilicet anime ad cor-
pus in una persona vel ypostasi
consequebatur ipsam assumptionem quia
personam et ypostasim ubi assu-
mendo carnem et animam simul
uniebat ¶ Cum ergo dicitur quod caro

et corpus unita faciunt hominem
dico quod verum est secundum quod uniuntur isto
duplici modo et quia alter istorum mo-
dorum consequitur ad assumptionem et ideo
non conceditur ista quod assumpsit hominem
quamvis concedatur quod assumpsit animam
et corpus unita. Possumus etiam dicere
quod non tenet illa quia assumpsit
animam et corpus coniuncta ergo as-
sumpsit hominem quia hoc supponunt
aliquem hominem et ideo supponunt
aliquam animam non et corpus dicit
quod apud nos theologos reputatur
fieri primo persona tamen procedit
ab eo quod dicitur quod ad illud quod procedit
in quid vel quo sicut in sed li homo
fuit ¶ Ad illud quod obicitur quod christus
homo est aut quod assumpsit aut
quod non assumpsit dicendum quod non recte
dividis vel sufficienter quia conceditur non
accipit pro negatione que fertur ad
implicationem sed pro negatione que fertur
ad principale predicatum et ideo ut sit con-
dividendum aut est homo assumptus
aut non assumptus ymo sit aut
est homo assumptus aut non est
homo assumptus secundum legem contradicti-
onis. Sed si obicitur quod homo suffi-
cienter dividitur per assumptum et non
assumptum tamquam per immediata tunc
dicendum est ad aliam inductionem
ergo vel est petrus vel paulus etc
quia nec est petrus nec paulus
nec virgilius sed ihesus et ihesus
non est homo assumptus a filio
dei quamvis natura eius sit assumpta
christus enim non est nomen impor-
tans naturam sed nomen importans persone

Quinto queritur utrum sit concedendum quod filius dei assumpsit humanitatem et quod sit videtur Dam. quia anima que in vera natura plantatur assumpsit dei verbum sed verbum dedit humanitatem ergo videtur quod assumpsit humanitatem.

Item humanitas non est aliud quam homo natura secundum quod dicit Dam. deitatis et humanitatis nomina naturarum sunt representativa. sed hec est concedenda filius dei assumpsit humanam naturam ergo et hec filius dei assumpsit humanitatem. Item humanitas est forma hominis sed hec est concedenda filius dei assumpsit formam hominis sicut dicit ad Phil. ii. humiliavit semet ipsum formam servi accipiens ergo et ista filius dei assumpsit humanitatem. Item hec est simpliciter vera filius dei habet humanitatem et eam non habet ab eterno sed ex tempore ergo videtur quod eam assumpsit. Sed contra humanitas sequitur unionem cum corpore sed anima et corpus non sunt prius unita quam assumpta. ergo si assumptum secundum ordinem nature precedit ipsam assumptionem videtur quod hec sit falsa filius dei assumpsit humanitatem.

Item magis significat in abstractione hoc nomen humanitas quam hoc nomen homo. ergo si deus non assumpsit humanam naturam in universali sed in athomo ergo hec est magis impropria assumpsit humanitatem quam hec assumpsit hominem ergo est falsa. Item si assumpsit humanitatem et numquam deposuit quod assumpsit semper habuit humanitatem sed quod habuit humanitatem semper est homo semper ergo videtur mortuus fuit homo.

Responsio. dicendum quod hoc nomen humanitas intelligitur cum dicitur dei filius assumpsisse humanitatem. Ad. dic. quod hoc nomen humanitatis consuevit tripliciter accipi. uno modo pro humanitate potest intelligi pro constitutiva hominis. alio modo pro humanitate potest intelligi forma qua totum componitur. tertio modo hoc nomen humanitas potest intelligi proprietas qua ipsum hominem inquantum est homo et iste tertius intellectus habetur … magistri Sententiarum in iii. ubi confirmat magister et … autem si hoc nomen humanitatis corpus et animam intelligi ambo aut his modo concedendum est filium dei assumpsisse humanitatem. Si enim hoc nomen humanitatis intelligatur ipsa principia constitutiva ipsum hominem videlicet anima et caro absque dubio verum est quod filius dei assumpsit humanitatem i. animam et carnem. Secundo si hoc nomen humanitatis intelligitur forma totius adhuc in veritate habet filius dei assumpsit humanitatem i. formam sive humanam naturam. unde dicitur Phil. ii. humiliavit semet ipsum formam accipiens. Postremo si nomen si nomen humanitatis intelligatur ipsa proprietas quibus adhuc veritate habet filius dei assumpsit humanitatem quia non solum naturam humanam sed proprietates [illegible] sicut dicit Dam. Ad primum ergo quod hoc ultimo modo non solum intelligitur quod assumpsit humanitatem id est hominis proprietate circa circa

merentur mutuam unitate. Apparet
enim ex dictis quod hec triplex modus
filius dei assumpsit humanitatem
et tamen dicte sunt rationes ad hanc
partem inducte. ¶ Ad illud quod obicitur
quod humanitas consequitur unionem
dico quod consequitur unionem anime ad
corpus secundum quod uniuntur in con-
stitutione hominis non secundum quod uni-
untur in unitate persone. Possumus etiam
dicere quod quedam sunt primo as-
sumpta et quedam coassumpta et
quoniam anima et corpus primo
assumpta sunt a verbo tamen anima
que aliqua consequuntur dicuntur per-
coassumpta tamen quia anima et
corpus habebant proprietatem passibilitatis
filius dei assumpsit passibilita-
tem. Per hunc modum concedendum est quod
assumpsit humanitatem quemadmodum
conceditur quod assumpsit passibilitatem
quamvis non concedam quod assumpsit
se passibilitate passibilem. Sed quod as-
sumendo passibilitatem fecit se passibilem.
Sic conceditur quod assumpsit humanitatem
sed non concedam quod assumpsit se
hominem. ¶ Ad iud quod obicitur de ab-
stractione dicendum quod persona facit
ad oppositum quam ad propositum quia
tamen significat abstractive tamen significat
in quadam distinctione assumptionis et ideo
salvari potest ista conditio assump-
tionis que quidem est distinctio assu-
mentis ad assumptum. Non sic autem
in hoc quod dicitur homo. ¶ Ad illud quod
obicitur quod numquam deposuit quod assump-
sit dicendum quod hec intelligitur quantum ad
principia nature que primo sunt
assumpta scilicet anima et caro quantum
vero ad coassumpta veritate non habet
depositionem passibilitatis. Sed si hoc modo
accipiatur humanitas quod ratione prin-
cipiorum constituentium hominem. Sic
numquam deposuit humanitatem. Sed ergo
hoc non sequitur inter duo habent
humanitatem ergo sunt homo quia
principia hominis non faciunt ho-
minem nisi inquantum coniunguntur ad in-
vicem et uniuntur in unitate persone
et aliter istorum modorum deficiebat
inter duo quod si nomine humanitatis intelli-
gatur ipsa forma quis sumptum
vel ipsa proprietas non oportet quod inter
duo hec corpus habent humanitatem
quia sicut dictum est talia non sunt
primo assumpta sed magis coassumpta.
¶ Ad illud quod ultimo queritur patet
responsio per omnes que iam dicta sunt.

Iuxta predicta sunt dubitationes vel
questiones circa litteram et primo dubitatur
quod dicit quod neque divinitas aliena
erat a natura patris neque humanitas
a natura matris sed in patre et filio est
una divinitas ergo in matre et filio
est una humanitas ergo sicut pater
et filius sunt unus deus ita
mater et filius unus homo.
¶ Responsio dicendum quod non est omnimoda simili-
tudo in verbo premisso. Nam uni-
tas nature in creatura respectu crea-
ture et in persona respectu persone
et si habeant aliquam conformitatem
propter hoc quod creatura est filius create
in natura et persona est filius persone
magna tamen est differentia quia natura
divina non multiplicatur in personis sed
natura humana licet multiplicatur in diversis

personis. unde duo homines duas
habent humanitates. et sic non accipit
illa vox quia in verbo praedicto non at-
tenditur eiusmodi similitudo ¶ Item
queritur de hoc quod dicit in forma di-
citur vero quia forma dicit viam ad
informatum et informatum dicit
materiam. deus autem nullam habet nunc
ergo non habet formam ¶ Respondeo dicendum quod
forma dupliciter dicitur uno modo proprie
tamen [illegible] et sic deus est forma
Alio modo per comparationem ad [illegible] quam per-
ficiat et hoc modo deus non potest
esse forma. Primo modo intelligitur
ubi praedicatum secundo modo sit obo vel
aliter. est enim logica de forma sicut
quod dicit relationem ad informatum secundum
rem vel secundum quod dicit habitudinem secundum
modum intelligendi et primo modo
obiectum et secundo modo accipitur in divinis
quia ipsa deitas se habet in ratione
forme respectu dei nulla tamen
est diversitas dei ad suam deitatem
¶ Item queritur de hoc quod dicit quod
in humanitate dei ubi [illegible] omnem
et personam unam divinitatis incar-
natam esse Contra hoc signum omnem
distribuit pro suppositis ergo si tres
persone sunt ipsas distribuit illius [illegible]
videtur quod omnes sunt incarnate
Si tu dicas quod hoc signum [illegible]
non tenetur syncategorematice vel ut signum
sed partitive vel adiective. et tantum
valet omnem quantum et perfectum vel
esse unigenito omnem et perfectum ¶ Respondeo
dicendum quod omnem non tenetur ibi distri-
butive sicut dictum est sed tantum valet
dicere omnem unam divinitatis quantum
perfectam nec est ibi [illegible] quia 2

si sit cultus quod non sit species
possumus tamen dicere ut prius quod la
tria aliquando accipitur subiective aliquando
effective sicut hec frequenter reperitur
in potentiis et actibus anime que
habent unum vel tres vel plures aliquando
accipit nomen intellectus subiective
aliquando effective sicut et amplius volun
tate eodem modo Augustinus et alii doc
tores utuntur nomine latrie ¶ Ad
illud quod obicitur quod latria idem est quod
pietas Dicendum quod sicut dicit Augustinus x. de ci-
vi. dei Pietas dicitur tripliciter Uno modo
pietas idem est quod theosebia et
sic idem est quod cultus dei Alio modo
dicitur pietas affectus parentibus exhibitus
Tertio modo dicitur pietas una que
ponitur in operibus exhibitis debilibus
p. 82 aut dicitur de pauperibus et secundum quan
dam tamen analogiam secundum quod dicitur
illud quod in omnibus est cultus di
vinitatis cum dicitur de cultu divino dei
virtute qua colitur deus et sic patet
quod pietas secundum diversas acceptiones
potest esse idem quod latria et differre
a latria Cum autem dicitur quod pietas
est donum ergo non pietatis nomen
ubi cum non accipitur pietas pro vir
tute illa qua colitur deus ¶ Ad illud
quod obicitur quod reverentia dicitur est proprius
timoris Dicendum quod reverentia reperitur
tam in honore quam in timore est
resilitio [illegible] in ho
nore non est testificatio vel exhibitio
alicuius testificantis et confitentis

ipsam maiestatem reverentia autem
que est latrie proprius est ho
noris quam timoris et sic patet
quomodo differt a timore [illegible]
ma latria non est donum sicut
timor magis enim est donum vir
tutis cum latria consistat in ex
hibitione timor vero in resilitione
et sic latria plus consistit in
actione timor in passione et hec est
una diversitas donorum a virtutibus ut
inferius patebit
Secundo queritur utrum latria sit
virtus generalis vel specialis
et quod sit specialis videtur virtus que habet
obiectum speciale est virtus specialis
sed latria est huiusmodi ergo est virtus
specialis ¶ Item circa actum specialem
consistit virtus specialis sed adoratio
est actus specialis ergo circa ipsum
consistit virtus specialis hec autem
est latria ergo etc ¶ Item sicut
difficile est credere in summam verita
tem et sic et honorare summam ma
iestatem Sed ergo habemus virtutem
specialem qua credimus in primam
veritatem fidem sic sit qua hono
ramus summam maiestatem hec
autem non est nisi latria ergo latria
est virtus specialis ¶ Item latria
et ydolatria sunt opposita sed ydo
latria est vitium speciale ergo ab
oppositis latria est virtus specialis
¶ Sed contra Augustinus in enchiridion dicit quod
quando colitur deus fide
et spe et caritate sed virtus qua
colitur deus est ipsa latria
ergo latria comprehendit in se fidem
spem et caritatem ergo latria non
est virtus specialis sed generalis ¶ Item

Aug. x. de ciuitate dei c. vi. Verum
sacrificium est omne opus quod ge
ritur ut sancta societate inhereamus deo
sed sacrificium est cultus soli deo
debitus sicut illud dicit Aug.
hec autem est species latrie afferre
ergo videtur quod omne opus bonum
sit latrie ergo latria est virtus
generalis ¶ Item quicumque obedit
deo servit deo sed servitus soli deo
debita est latria ergo omnis actus
quo deo obedimus est actus latrie
ergo latria se extendit ad actum
omnis virtutis et precepti quare non
est virtus specialis sed generalis ¶ Item
quecumque facit quis ad gloriam dei
facit ad cultum dei sed omnia que
cumque benefacimus facimus ad gloriam
dei ut dicit apostolus i. Cor. x.
omnia in gloriam dei facite ergo
omne opus laudabile est opus la
trie ergo latria videtur esse generalis
virtus ad omnes virtutes ¶ Sed contra
quod latria nominat virtutem que ordinat
circa cultum dei. atque ille virtus
ordinatur cultus autem dei potest
accipi tripliciter generaliter et proprie et magis
proprie. Uno modo dicitur cultus actus
directus in debitum subiectionem fi
nis sic est omnis virtutis Alio
modo dicitur dei cultus vel actus indi
rectus non solum circa finem
sed etiam obiectum sic est virtutum theo
logicarum Tercio modo cultus dei dici
tur magis proprie actus directus in
deum non solum sub ratione finis
et obiecti sed etiam sub ratione honoris et
talis actus est actus adora
cionis et sic est actus specialis
virtutis

et hoc modo species est latrie sicut
enim ydolatriam non dicimus quodcumque
peccatum sed illud quo creatura ado
ratur sic latria non dicitur quecum
que virtus sed ille sed que cultus
adoracionis exhibetur et ideo con
cedendum est quod latria est specialis
virtus propter hoc quod ad ipsam spectat
cultus dei secundum quod dicitur magis
proprie videlicet per ipsum adoracionem et
tercio dicte sunt raciones ad hec inducte
¶ Ad illud quod obicitur in contrarium
quod sacrificium offert deo in quolibet
bono opere dicendum quod sicut cultus dei
multipliciter dicitur sic et sacrificium est
enim sacrificium bonorum operum et
sacrificium devote orationis et sa
crificium immolacionis primum est vir
tutum omnium secundum virtutum theologicarum
tercium spectat ad ipsam latriam ipsius
enim latrie est sacrificium afferre
deo et hoc sacrificium soli deo de
betur sicut dicit Aug. et latria est
cultus soli deo debitus ¶ Ad illud
quod obicitur quod deus qui deus colitur
fide spe et caritate dicendum quod
cultus dei non accipitur ita proprie
vel stricte sicut in differencia latrie
ut est probatum et ideo non sequitur
quod latria sit generalis virtus ad
tres virtutes theologicas ¶ Ad illud
quod obicitur quod qui obedit deo servit
deo dicendum quod verum est cum hoc tamen
non sequitur quod omnis obediencia sit
latria quia obediencia non solum est
servitute debita ipsi deo sed etiam
servitute debitum hiis qui
sunt loco dei ut prelatis la
tria autem dicit servitutem soli deo
debitam et ideo ratio illa non valet si p

rett secundum quos. ¶ Ad aliud quod obiicitur quod omnia que fiunt ad gloriam dei fiunt ad cultum dei patet in ipso per unam distinctionem quam cultus accipitur vel generaliter pro actu ordinato in deum tamquam in finem indifferenter aut latrie accipitur magis stricte secundum quod dictum est

Tercio queritur utrum latria sit virtus cardinalis an theologica et quod theologica videtur Augustinus x de civitate dei ca. iiii. Sacrificamus deo hostiam humilitatis et laudis in ara cordis igne fervide caritatis et hic est dei cultus hec vera religio hec recta pietas et tantum deo debita servitus ergo videtur quod sicut omnia bona loquitur latria nichil aliud est latria quam ipsa caritas ergo latria est virtus theologica ¶ Item Augustinus xviii de trinitate sapientia est verus ac precipuus cultus dei que uno nomine grece theosebia appellatur quod ut nos pietate dixerunt et pietas apud grecos usitatius theosebia nuncupatur sed latria ut dicit Augustinus de civitate dei non est aliud quam theosebia et theosebia non est aliud quam sapientia. sapientia autem se tenet ex parte virtutum theologicarum non cardinalium ergo et ipsa latria ¶ Item latria est virtus per quam deus colitur eo cultu qui est adoratio sed virtus dictans nobis deum esse adorandum est ipsa fides vel etiam caritas quia sicut Rabanus super Regum adorare est eum qui adorandus est tota mentis intencione querere ergo videtur quod latria sit virtus theologica scilicet fides vel caritas ¶ Item in latria est impletio primi precepti sed precepta prime tabule implentur virtutibus theologicis sicut patet quia deus quod impletur per fidem dicitur quod impletur per caritatem ergo videtur quod si primum impletur per latriam quod sit virtus theologica contra hoc dicunt virtutes cardinales et theologicas quod cardinales consistunt in medio circa superfluum et diminutum in theologicis autem non est requirere superfluum sed circa latriam quam est deum colere non est superfluum invenire ergo videtur quod latria non sit inter virtutes virtutes cardinales sed theologice ¶ Item virtus theologica dicitur quia habet deum pro obiecto sed latria habet deum pro obiecto sicut enim fides credit summam veritatem et caritas diligit summam bonitatem sic latria veneratur et colit summam maiestatem videtur igitur quod latria sit virtus theologica ¶ Sed contra religio est virtus qua colitur ille qui est superioris nature sicut dicit Augustinus x de civitate dei et Tullius in primo rethorice sed religio est species iustitie ut dicit Tullius ibidem et iustitia est virtus cardinalis sed ergo latria continetur sub specie religionis latria est de genere virtutum cardinalium ¶ Item sicut obediencia respiciat debitum mandati sic latria honoris divini est enim latria cultus deo debitus sed obediencia quia respicit debitum precepti est virtus

cardinalis continetur sub debita iustitia non theologica. quia per rationem et ideo latria. Est nullus virtutis theologice actus cadit sub ratione. Credere enim non patet quia non volens. si actus latrie cadit sub ratione, ut adorare et thurificare. patet ergo quod latria non continetur sub genere virtutis theologice. Item omnis virtus theologica aut est fides vel spes vel caritas. sed latria non est fides. patet quia non considerat summam veritatem. similiter nec caritas quia non considerat summam bonitatem. sed magis summam maiestatem. nec spes. Sic constat ergo. Ad predictorum intellectum est notandum quod licet latria notificetur per cultum sive per servitutem. ut dicitur latria est servitus sive cultus deo debitus et ista duo quamvis proprie accipiantur differunt tamen sic. Accipiantur cultus enim dicitur respicit actum interiorem et exteriorem et magis interiorem quam exteriorem. servitus non proprie respicit actum exteriorem et ideo tamen latria determinatur. Sive nominaliter idem sit quod servitus propter quod proponit Augustinus in libro de civitate. latria proprie respicit actum exteriorem theosebia non vel eusebia idem est quod cultus divinus sive bonus cultus et ideo proprie respicit actum interiorem et quam virtus que respicit actum exteriorem separatur quando non caritatem et est in genere virtutis cardinalis. Sic est quod latria est virtus cardinalis et quia considerat actum exteriorem sub ratione debiti et in comparatione ad alterum et sic est pars iustitie. ideo latria continetur sub virtute cardinali que quidem est iustitia vel sic quod est species iustitie secundum quam ordinatur ad venerandum unum superiorem. est ideo religio secundum quod dicit Tullius. Sic est quod latria non solum est in genere virtutis tamquam in genere remoto sed in genere virtutis cardinalis tamquam in genere subalterno in genere non iustitie. Sic igitur proximo in genere non religionis sicut in genere proximo et sic est quod dicit Augustinus de civitate dei. x. libro. dicit quod idem est apud grecos latria quod apud nos religio ergo. Cum quod nomine religionis est in pluribus enim dicit quod cultus deo debitus in (?) nominibus non exprimitur duobus apud grecos et duobus apud nos apud grecos namque dicitur latria et theosebia sive eusebia apud nos non dicitur pietas et religio ita quod ista duo nomina videntur illis duobus licet quodammodo sint in plus quam tamen admodum convenit differunt autem latria et theosebia. sed proprie accipiuntur licet alii accipiuntur pro eodem quia theosebia dicit cultum interiorem qui proprie spectat ad virtutis theologice sed latria servitutem exteriorem que spectat ad iustitiam sive virtutem cardinalem concedendum ergo latriam esse virtutem cardinalem concedendum sunt et argumenta sed probantia. Ad duas autem (?)

Augustinus patet ibi. Respondeo. Ad id quod dicitur quod
dicit Augustinus quod cultus dei debitus
est ipsi deo vel proprie loquendo
de cultu interiori. Quod autem dicimus
latriam esse cultum intelligimus de
de cultu exteriori ubi notatur ab
interiori et hoc patet per oppositum quia non
dicitur ydolatria quando credit ydolum
esse deum vel amat ipsum sicut
deum sed infidelis. Tunc autem dicitur
ydolatria cum exterius colit et
sic per oppositum intelligimus in proposito.
Ad illud quod obicitur quod virtus per quam
adoramus deus est fides et caritas
dicendum quod sicut est cultus interior et
exterior sic et adoratio interior et
exterior. Adorare interius est tota
Nota mente in deum intendere sic dicit glossa. Ta-
[liter] autem adorare exterius est aliquam
reverentiam corporalem exhibere. Quod
ergo dicitur quod per fidem et caritatem
adoramus deum dicendum quod verum est de
adoratione interiori que incipit ma-
net in fide et terminatur in caritate
sed non loquimur de adoratione
exteriori que oritur licet a virtute car-
dinali. Et si tu obicias tamen fi-
des quam caritas dictat tamen in-
terius quam exterius adorandum dicendum
licet quod aliquis actus potest esse
alicuius virtutis ut virtus aut sicut im-
perantis aut sicut elicientis. Licet autem
exterior adoratio sit imperium fidei et
caritatis sicut imperantis ma-
xime fidei que dictat deum adoran-
dum actus tamen est ut elicientis
scilicet latrie que quidem elicit actum sub-
iectionis debite ideo continetur sub iu-
stitia que est virtus cardinalis. Ad
illud quod obicitur quod impletio primi
precepti pertinet ad virtutem theologicam
sicut impletio secundi. Dicendum quod imple-
tio secundi videlicet non assumas
tibi nomine dei tui in vanum quan-
tum ad actum exteriorem est virtutis
cardinalis quantum ad actum inte-
riorem impletur virtute theologica que
quidem est fides per hunc modum
intelligendum est in isto precepto
et quia latria implet preceptum
exteriore ideo non est necesse esse
eam virtutem theologicam. Ad id
quod obicitur quod circa actum latrie non
consistit superfluum vel diminutum Re-
sponderi potest quod falsum est quia licet
quantum ad actum interiorem non
contingit excedere in colendo deum
tamen quantum ad actum exteriorem
et modum eius contingit excessus
ut patet sicut si aliquis sacer-
dos vellet plures missas in una
die cantare ad laudem dei non ser-
varet modum. Ad illud quod obicitur
quod latria habet obiectum divinum dicendum quod si
latria habet hoc obiectum divinum aliqu-
id tamen hec respicit aliquod
creatum sicut obedientia que quidem
obedientia deo respicit ipsum deum
ut cui obediendum est ipsum autem
mandatum et eius obligationem
respicit sicut illud quod implendum
est. Sic et ipsa latria respicit
deum ut cui honor exhibendus
est respicit etiam cultum exterio-
rem exhibendum respicit etiam
rationem exhibendi videlicet tamen
debiti et hoc est quod formaliter ipsam

et est quod cardinalis sunt et quod cardinalis
virtutis secundum rationem in speciali vel in genere for-
li vel comparatione obiecti quia licet bonum
formale et materiale et quod latria est in
genere virtutis cardinalis scilicet secundum obiecta
quod ergo obiectum quod virtutis theologice
est illa que respicit obiectum incrit-
tum sed quod obiectum principale virtutis
theologice non est aliquid creatum scilicet
est bonum increatum scilicet deus omnibus
increatis que quidem sunt summa
bonitas et summa veritas hic autem
non est reperire in proposito et ideo
non tenet ratio illa hic ad dela-
tria dicitur sunt secundum quod proprie acci-
pitur prout significet dilectionem adoratio
quando dico quod proprie dicitur servitus
dei et adoro et hoc modo non est
eadem latria et theosebia ut apparet
per dictum est ¶ Et si autem latria di-
catur cultus interior tunc ille con-
sistit in credendo et diligendo et
sperando deum sicut dicit Augustinus in
Enchiridion sic non pertinet ad virtutem
cardinalem sed theologicam non inquantum aliqualiter
distincta sed quod adornat illas
sed hoc modo non accipitur ita proprie sic
modo predicto cum latria proprie lo-
quendo sit species religionis sicut
dulia et non eius imparium sunt
assumere sicut dictum fuit ab initio
utroque tamen modo generaliter requiri-
tur dicitur et secundum quod dictat doc-
tor pariter inveniuntur diversi-
ut quidem ponunt eam speciem vir-
tutis cardinalis vel iustitie quidam
non virtutis theologicis contemplate et
utrumque non potest dici sine contradictione
proprie diversas manerias accipiendi

Quarta questio utrum latria sit
sit virtus distincta a dulia
et quod non videtur super illud psalmi dicit
deus meus ante passionem gloria dicit
passionem tunc debetur dulia deus
cum perceptorum tunc debetur latria
ergo si domino deo non debetur nisi una
species adorationis scilicet latria · ergo la-
tria dulia non sunt diverse species
virtutis ¶ Preterea eadem est species vir-
tutis qua creditur esse credendum scilicet
ipsa fides · ergo eadem est species vir-
tutis qua colitur esse colendum sed
huiusmodi sunt latria et dulia ergo etc.
¶ Item eadem est species virtutis qua
amatur esse amandum videlicet proximus
caritas ergo eadem ratione eadem est species
virtutis que adoratur esse adorandum
sed huiusmodi est latria et dulia ergo etc.
Si vero dicatur quod non est simile quia
non sic est una ratio adorabilium
sicut amabilium obiecto contra quia
sicut proximus non est amandus
nisi inquantum imago dei sic etiam
non est adorandus nisi inquantum
est imago dei ergo sicut est unus
amor sui et sue imaginis secundum
speciem sic et unus honor ¶ Item
sicut magis et minus non diversifi-
cant speciem sed latria et dulia dif-
ferunt sicut maior honor et mi-
nor honor · ergo videtur quod non sunt
diverse species virtutis ¶ Sed contra super
illud psalmi adorate scabellum pedum
eius etc. ¶ Latria est adoratio que
soli deo debetur dulia est adoratio
que cuilibet creature exhibetur soli hu-
mane propter quod si ergo dulia licet duas

species adorationis que creature de
betur multo fortius latria et du
lia que sunt species virtutis diverse
¶ Item habitus diversificantur per actus
et actus per obiecta. ergo si latria est
cultus qui debetur deo et dulia qui
debetur creature ut creatum est in
quod latria sit species virtutis distincta a
dulia ¶ Item superna et spiritualia sunt
diversa sunt dona secundum que dignum
ad temporalia et creata si ergo latria est
cultus debitus eterne maiestati
et dulia honor et reverentia debita
creature temporali videtur quod sunt di
versi habitus in genere virtutis ¶ Item
si per eundem modum fiat honor creature
quo fit creatori iam non erit ac
tus virtutis sed peccatus [illegible] sicut
cum sacrificaret haud tamen in
dolatrie committeretur [illegible] propter
de ydolatria [illegible] latri
latrie vel dulie ergo si diversitas mo
dorum in actibus virtutis introducat
diversitatem in habitibus videtur quod latria
et dulia differant specie dicendum ¶ Ad
dictorum intelligentiam quod se
nomine latrie secundum Aug. x. de ci.
dei importat cultum debitum maiesta
ti divine nomine tamen dulie tripliciter
dicitur uno modo dicitur dulia secundum quandam
analogiam. Alio modo secundum antono
masiam Tercio modo secundum significationem propriam
Cum autem dicitur secundum analogiam
tunc importat cultum debitum ut
superiori sive creatore sive creatori
secundum aliquam rationem secundum quam crea
tor convenit creature ut potest [illegible]
tamen dominum et hoc modo accipitur
in glo. super i. pe. [illegible] benedicta

dominum glo. deo tu debes latriam
domino tu debes duliam ¶ Cum autem
accipitur secundum antonomasiam sic
dicit debitam reverentiam creature
iuncte vel assumpte per quem modum accipi
tur illud ps. adorate scabellum
pedum eius ubi dicitur quod hyperdulia ma
ior debetur soli humanitati Christi ¶ Sed quando
autem dulia secundum significationem propriam
pie dicitur dulia honor vel reverentia
debita rationali creature absolute
et illo modo convenit dulia accipi
secundum quem nunc et hoc modo est
quod utraque latria vel dulia sunt
diverse species virtutis et ad hoc con
veniente videtur quod sic et ro
nibus est quia latria et dulia
considerant [illegible] cultus [illegible]
formalem [illegible] secundum quod na
ture et creatori [illegible] est
modus adorandi creatorem et
alius adorandi creaturam et alia
ratio motiva et ideo alia virtus
directiva in hac et in illa et
ideo concedendum est quod latria et
dulia sunt diverse virtutes que de
sunt eis rationes ad hoc induc
te ¶ Ad illud vero quod obiicitur contra
rium de glo. dicendum quod dulia acci
pitur ibi secundum qualem significationem
et analogiam secundum quam genus
est ad latriam et ad duliam species.
dicendum et si tu queras quare ma
gis dicat latriam debitam deo et du
liam domino cum idem sit deus
et dominus dicendum quod dominus connotat
creaturam et creatorem et crea
tura dicitur analogice deus autem
non ita convenit ¶ Et si dicatur
creatorem et creatam dicitur equo

et proprie dicitur latria debetur deo
et dulia creature ut non signifi-
cetur quia alia specie adorationis
adorandus sit magister deus
et alia magister dominus sed ut in-
notescat diversitas horum notabilium
et similium diversa inveniuntur quantitas
¶ Ad illud quod obicitur quod una est virtus
qua credimus omnia credenda dicendum
quod unum est credendum quod habet
diversarum rationum movetur ad credendum se
ut sunt in unitate summa tamen modo
sunt articuli fidei sed si credenda
habent rationes diversas ut potest
tamen credo homini sicut veraci et
et deo quia verax est hec fides
et illa non sunt unius eiusdem
rationis nec speciei una enim est fi-
des que est virtus theologica alia
que magis spectat ad genus
virtutis cardinalis que quidem ma-
gis proprie appellata est fidelitas quam
fides et quia latria et dulia di-
versas considerant rationes honoris
in creatore et creatura. Sunt
est quod potius si bene attendatur
sunt diverse virtutes quam una
¶ Ad illud quod obicitur quod eadem caritate
diligimus omnia diligenda dicendum quod simile
est quia caritas unum habet
obiectum principale videlicet summum bonum
quod quidem amat sive diligendo
deum in se sive diligendo bonum in proxi-
mo qui est dei ymago. Latria
autem et dulia aliud et aliud respi-
ciunt cultum et modum et ideo non
est simile de dilectione et adoratione
vel de voce ymaginis hinc et inde
et illud melius manifestabitur

inferius cum agetur de ydolatria ¶ Ad
illud quod obicitur quod magis et minus non
diversificant speciem dicendum quod hoc licet in sta-
tia et non licet intuitive quantum ad speciem
in genere moris sed non licet in natura
in quo non est alia divisio quam per ma-
gis et minus sit autem non est in propo-
sito quia latria et dulia non
differunt solum quantum ad intensionem
et remissionem sed etiam quantum ad aliud
et aliud colendi modum [illegible]
modo plura sunt ad hoc que nunc sed
ista sufficiant ne nimis elon-
gemus nos ab intentione [illegible]
[illegible] cum videas satis potest fi-
eri [illegible] dispendium prolixius quod dicitur in
libro

I[n] parte ista sunt quomodo etiam
latria et primo quantum ad hoc quod di-
citur cultus divinitatis consistit
in dilectione et sacrificio oblatione
et veneratione quantum ad qualiter distinguuntur
ista tria et videtur quod non sufficienter
dicat quia magis videtur consistere
in adoratione dicit enim Rabanus
sic cum ipsi adorandum est latria
sicut [illegible] sed non omnium [illegible]
quem non adoramus cum prostratione intra
sicut credamus quod nos creavit
[illegible] ergo videtur quod potius prostra-
tio intra pertineat ad cultum dei
quam predicta ¶ Item non videtur quod
non tamen colitur deus dilectione sed
etiam fide quod quantum ad qualiter distin-
guantur ista tria predicta ¶ Respondeo dicendum
quod sicut perfectum est supra deus
taliter colitur interiori et exteriori
[illegible] autem [illegible] ergo [illegible] utroque cul-
tum dicitur quod consistit in dilectione quantum ad

prostrati

s. ad cultum interiorem ita q in di
lectione intelligunt tres theologi
cas virtutes s. caritatem et alias di
as principales quas ad cultum
exteriorem dicit q tollit sacrificio ita
q sub sacrificio comprehendit omnem
reverenciam que exterius exhibetur
soli deo per hoc autem q subdit re
verenciam comprehendit utrumque et sic
patet duo hoc tamen quia dilectio
refertur ad cultum interiorem sacrificium
ad exteriorem verum adulterque vel alia
dilectio refertur ad principium motivum
sacrificium refertur ad actum vel
ad formam et modum ¶ Ad illud q
obicitur de adoratione et prostratione dicendum
q illa potest comprehendi nomine sac
rificii et potest dici q illa non venit
quia non est cultus deo soli de
bitus non enim tantum prosternimus coram
deo sed et coram homine unde non
est intelligendum q Rabanus velit
dicere q non debemus coram homine
prosternere sed q prosternendo nos coram
homine non debemus prosterni nos et
creaturis tamen humanitatis sed dum
dicit et postea q adoratio comprehen
dit publice q dicit verum tamen sic et
fides intelligit predilectionem et sic
patet responsio ad primum ¶ Item quid
de illo verbo damasceni unica adoratione
tam patre et spiritu sancto una adoratione
sed contra pater et spiritus sanctus sunt
persone distincte et cuilibet competit dilectio
una adoratio propter quod si actus multiplicatur
obiecto sequitur multiplicatus actus unde
q ille persone sunt multiplicate non uni
ca adoratione adorandi ¶ Item

adoratio sub sequitur directionem
fidei sed fides distinguit inter
personas ergo et adorans sed
q hic distinguit inter personas et
si hoc verum idem q prius ¶ Ad
dicendum q tres persone unica et sim
plici adoratione sunt adorande
et ratio huius est quia illud quod
competit adorari videlicet summa
maiestas est unica nullo modo
multiplicatum et ita sicut unica
dilectione diliguntur quia in eis
est una summa bonitas sic u
nica adoratione adorantur ¶ Ad
illud q obicitur q ille persone distin
guntur dicendum q si distinguntur ratione
emanationis et originis non
tamen ratione adorationis sed q
habeant diversas relationes et hoc
quod dicit fides sana quam eo
sequitur adoratio et per hoc patet
responsio ad obiectum sequitur
fide non inquantum distinguit
tres personas s. relationem pluralitate
sed inquantum unit per unam
maiestatis unitatem ¶ Item quid
de hoc q dicit ego do
ne in christo adoro q divinitate
susceptam est sed in christo a
doro divinitatem et humanitatem et
in aliis personis divinitatem videtur
q magis sit adorandus christus
quam alie persone ¶ Item plus
tenemur christo ratione passionis
incarnationis quam ante ergo ma
gis debemus ipsum adorare et
venerari ergo si hoc magis tene
mur adorare filium incarnatum
quam non incarnatum et si hoc magis

silicet quam speciem vel speciei scilicet
Si tamen dicas quod magis honorac
demus aliud nec interserue sed con
trarie quod plura bona panis
beneficia magis sunt apparencia ergo
plus honorabilia magis sunt re
verenda et honoranda. Ad xº
dicendum quod non magis adorandus
est corpus quam panis vel species panis
nec aliud incarnatus plus debet
adorari post incarnacionem quam
ante et huius racio est quia adoracio
respicit maioritatem et dignita
tem et quod alibi nulla erant dig
nitas conjunctione nature assumpte
ideo non debet adorari maiori
adoracione nec valet nec obicitur quod
plura bona panis sunt eidem
sed aut secundum multiplicem instanciam
una est quod unum apponit alteri eidem
tamen unum unde sicut tenere equum
et frenum non est plus tenere
quam equum sic adorare deum et car
nem non est plus adorare quam
adorare deum Alia instancia est quod
unum illorum bonorum est incorporo quod
ad aliud tamen cum non addit
ut faciat ipsum maius prout nec
punctus addit ad lineam ut faciat
eam maiorem et hoc modo creatura
sicut se ad creatorem. Ad 1m quod obicitur
quod tenemur ad maiorem graciarum accionem
dicendum quod non est simile quia graciarum
accio magis tamen respicit excellenciam
dantis sed circa excellenciam mune
ris non sic autem est de adora
cione. Item quidam dicebant quod dicit
Nemo carnem eius manducat
nisi prius adoret. Sed contra ratio
nem corporis est quod non fiat

caro non per se quod ergo si non prodest non
est manducanda nec adoranda. Preterea
caro Christi non est sub sacramento ergo
non manducatur tamen sub sacramento
sumpta sed ab ipso adoratione partem
bonam potest esse sacramenta sumpta per eo
quod est non manducanda. Ad xº dicendum
quod aliud illud intelligitur de mandu
cacione spirituali que dicitur manducacio
non quia non idem sed efficacia unde
manducare nisi hoc est man
ducare efficaciter et hoc modo nec
illud manducat nisi quam adorat
quia manducat efficaciter nisi
quam manducat venerans et per hoc
patet responsio ad alia. Vel per hoc enim de
manducacione sacramentali et illud
intelligi de manducacione spirituali
Ad illud quod obicitur quod caro non prodest
quantumcumque dicendum quod caro dicitur carnaliter
intellecta sicut dicit Augustinus caro non
prodest quantumcumque ipse si aspicitur separata
sed prodest unita est vnita alio
et deificata et hoc modo est ado
randa adoracione latrie non
dulie sicut dicebat autem plenius habetur
in quarto libro
Solet etiam queri aliquando secundum dominum dicit dist. 10.
Magister agit magis de gracia
unionis per comparacionem ad unum hic
agit de gracia eius unionis in
comparacione ad primum et quia talis spe
cialis unionis quedam sunt que
sonant in nobilitate et dignitate
quedam non in defectibus quedam dicendum
propter ista dividitur in duas partes
prima determinat de primis in secunda
non de secundis et incipit secunda parte
etiam hic dicitur. Vnde si queritur

utrum christus secundum quod homo habeat duas
Prima pars habet duas
inspiciendum videtur nunc utrum condi-
cio personalitatis conveniat christo
secundum quod homo sive secundum humanam
naturam. Secunda [illegible] utrum filiatio
adoptionis secundum humanam naturam
conveniat eidem. Et non quaeritur an christus
sit filius utriusque aut horum dig-
nitate et voluntate unitatis. Videtur
tamen personalitatis condicio quam
adoptionis filiatio. Prima pars habet
partes duas. In prima inquirit quaestionem et deter-
minat illam. In secunda non dupplicat
[illegible] sophistica quae intellectum deci-
pere insinuat ibi Sed intuen-
dum hic aliud est. Secunda pars habet
principales duas. In prima determinat
quaestionem qua quaeritur utrum christus sit
filius adoptivus secundum humanam
naturam in secunda [illegible] hoc opponit et de-
terminat ibi Sed ad hoc opponitur sic
etc. Subdivisiones autem secundum [illegible]
sunt in lectura [illegible] aut intellectus
distinctionis ad duo ... scilicet
in isto quod nec personalitas neque
nec adoptionis filius convenit
christo secundum quod homo.

xlii. 1.
Ad intelligentiam huius partis in-
tendit [illegible] ergo quod duo ¶ Primo
quaeritur de [illegible] christi hominis
ad condicionem personalitatis. Secundo
non [illegible] eiusdem ad filiationem
adoptionis ¶ Circa primum breviter
quaerenda sunt tria ¶ Primum est
utrum haec sit concedenda christus secundum quod
quod homo est deus ¶ Secundo quaeritur
utrum christus secundum quod homo est persona
¶ Tertio quaeritur utrum haec sit concedenda
christus secundum quod homo est individuum
Circa primum sic proceditur
et quaeritur utrum haec sit ad

mittenda christus secundum quod homo
est deus et quod sic. Unde phil. ii.
propter illud dedit illi nomen quod
glossa inquantum homo assumpsit no-
men dei non usurpative sed
vere sed quod vere assumpsit vere
habet ergo si secundum quod homo assump-
sit nomen dei secundum quod homo
est vere deus ¶ Item christus
sunt praedestinatus esse filius
dei in virtute sicut dicitur ad ro.
i. si ergo est illud secundum quod ho-
mo quod praedestinatus sunt secundum quod
homo Si ergo praedestinatus sunt
esse filius dei secundum quod homo christus
est deus et dei filius secundum quod ho-
¶ Item christus secundum quod homo
est deus et homo secundum gratiam unio-
nis et quaelibet gratia convenit christo
secundum humanam naturam ergo si secundum gratiam
unionis est deus et secundum quod habet
humanitatem [illegible] gratiam unionis
ergo secundum quod homo est deus ¶ Item
christus secundum quod peccata dimittebat
est deus sed secundum quod homo peccata
dimittebat ergo secundum quod homo
est deus maior nota est minor
probatur per illud quod dicitur mathei ix. ut
autem sciatis quia filius hominis
habet potestatem in terra dimittendi
peccata etc. ¶ Sed contra Quaeritur illud
quod convenit alicui secundum quod ipsum
aut est per se causa aut diffinitio
sive per diffinitionem sed deus
non sic habet hoc modo ad
hominem sive humanam naturam ergo
etc. Prima maior nota est per doctri-
nam demonstrativam secunda non manife-
sta est per se [illegible] ¶ Ite quae sunt

disparata non prius dicto quod secundum
idem sed ut alterum et esse diversum sunt
primo disparata si ergo esse aliud conve-
nit ipsi christus secundum quod homo ergo
esse diversum non convenit eidem secundum
humanitatem ¶ Item christus secundum
deus caret principio ¶ Si ergo
est deus secundum quod homo sequitur
quod deus secundum quod homo careat
principio sed sed quod homo habet principium
ergo secundum quod habet principium caret
principio ergo oppositum est in
suo opposito quod est absurdum
¶ Item si aliquid primo convenit alicui
secundum se aliquid illo remoto non
convenit ergo christus est deus secundum
quod homo si christus non esset
homo non esset deus sed non fuit
homo nisi ex tempore ergo christus est
deus solum ex tempore ¶ Sed constat quod hoc
est falsum ergo falsum est quod christus
secundum quod homo est deus ¶ Ad
primum quod predicatio in qua dicitur in celo
quod ideo secundum intellectum facit
intellectum pater eius mysterii
similitudine tamen ut in deo est sine
unitate contrarium concomitante si
dicatur similitudine tamen sic alias
quia dubio falsum est loquendo per
quod contradictio apposita nullo est
tempore primo vero secundum quod
ergo per se tale primo inest illi
subiecto ¶ Si autem dicatur in quantum
humanitate sic potest hic intelligi
tamen omne dico quod christus sic dictus
secundum quod homo non est aliud
quam dico quod esse deum competit per
se per se convenit in humana natura
ita quod deitas et humanitas concomitantur
se in separabiliter communicantur

eandem personam iste autem modus
accipiendi hac dicitur secundum hoc
est ita quasi et christus sic prae-
cedens licet inveniatur quoque et
sic patet quod homo positus sed christus
secundum quod homo est deus secundum
divisa intelligentia hoc propositiones
secundum quodammodo potest concedi quodammodo
negari Negari enim debet sed quod dicitur
tamen sunt termini formaliter et secundum
ista una praecedunt termini ad se ip-
sum et quia una concluduntur
secundum illam unam ideo concedendae
sunt ¶ Ad illud quod primo alicui in-
venio quod assumpsit nomen dei secundum
quod homo dicendum potest quod secundum dicitur in
communicationem per indistinctum unionis
quia ratione unionis illa facit hominem
~~deum~~ ideo dicitur assumpsisse non suppositum — suppositum
secundum quod homo ¶ Aliter potest dici quod
tamen dico assumere nomen dei ~~fieri~~
~~quod homo~~ dico dico secundum nomen
impositum et primus nomen
acquisitum tunc ergo dicitur quod assump-
sit nomen dei secundum quod homo replicatio
reduplicatio non dicit viam unionis
sed ad acquisitionem Nam christus
secundum divinam naturam hoc nomen
quod est per se autem nomen per quam
non per acquisitionem sunt assumptionem
et ideo conclusio non licet inferre
ergo est deus secundum quod homo ac-
cipiendo secundum eandem acceptionem quae
est accepta in illo processu ¶ Ad
illud quod obicitur quod praedestinatus fuit
esse filius dei secundum quod homo
non licet videatur quod nunc domine
est quia hoc dicitur secundum praedicationem dicit
concomitantiam sed compositionem concomitantis non

quando diceret hic nomine tunc vel potest
dici quod ille sermo dicat vanam
circumscriptionis que importatur in vo-
cabulo predestinacionis que in-
quantum non est respectu Christi secundum
divinam naturam sed solum secundum humanam
non sit autem esse dictum quod esse
dici et ideo complures defensus est
in hac ratione sic importante. ¶ Ad
illud quod alius de gratia unionis
secundum quod Christus significat personam in
duabus naturis et illa persona
deus est per unam non per gratiam uni-
onis dicitur attamen sit quod sit deus
et homo per gratiam unionis. ¶ Concedo
tamen quod ista sit concedenda iste
homo est deus secundum gratiam unio-
nis ex hoc non sequitur quod sit deus
secundum quod homo quia gratia unio-
nis non convenit illi secundum quod homo
simpliciter sed secundum quod homo unitus
sunt secundum assumptam personam verbo
¶ Ad illud quod ultimo obicitur quod dimit-
tebat peccata secundum quod homo sic per
hunc locutionem de circumscriptione
peccata filii est non accipiatur hic dicto
sed per hoc importat concomitanciam vel
potest inferri ex illa autoritate filius
hominis habet potestatem dimittendi
peccata habent enim potestatem et si in
se habeat in forma hominis non
tamen habebat secundum hominis formam
et inquantum homo sed inquantum ha-
bat formam dei. ¶ Sed non dimissio
peccatorum attribuitur alicui quantum
ad unitatem tunc posset concedi
quod conveniret Christo secundum quod homo
sed ex hoc non sequitur quod sit deus
inquantum homo quia hac non
est dei proprium.

Secundo queritur de hac Christus sit
quod homo est persona. Et
accipitur illa de termino secundum
quod homo ipse natura in aliis ac-
ceptis non est dubium quin habeat
veritatem secundum quod dicitur in generali locu-
tio et quod sit vera unde Christus non est
homo inquantum est iste sed Christus
secundum quod est iste homo est persona
quia proprium est pronominis pro pro-
nomine ponere et certa designare
personam. Ex hoc est vera. Est tamen
concedenda Christus secundum quod homo est
persona. ¶ Item Christus sed quod homo
est res completa ad complectionem quod
sit requiritur in rationali creatura
sed personalitas et dignitas et
proprietas nobilitas requisita in tali
rationali completa ergo requiritur
in Christo secundum quod Christus est homo.
¶ Item nobilior et perfectior est unio
secundum quam ubi unitur cuilibet de
iuste sed unio per gratiam in hiis tan-
tum nulli tollit personalitatem dignitatem
unio quando homo iustus sit quod est
persona ergo multo fortius Christus.
¶ Item unio divina valet ad gratiam
nichil tollit dignitatem que tamen dicat
humilitatem et multo fortius nichil
tollit humanitatem cum humanitas
dicatur per illam unionem ergo albata
sed hec est vera Christus secundum quod
deus est persona ergo multo fortius
hec erit vera Christus secundum quod homo
est persona cum hic nichil perdat
dignitatis sed adquirit per unio-
nem illam. ¶ Item ostendo per impossibile
quod verbum dimitteret hominem tunc
ille homo qui dicitur Ihesus secundum quod
homo esset persona. Sed constat

quod inconueniens sibi accideret propter
illam separationem ergo necesse est unum
quod ihesus est quod homo est persona
¶ Sed aut intelligi conuenit christo secundum
quod homo quod non sit assumptum
uel coassumptum sed filium dei assump-
sisse personam est falsum et hereticum
sicut supra dictum est ut dicit magister et
Augustinus et multorum sunt probatum
ergo falsum est christum esse personam
secundum quod homo ¶ Item christus secundum
quod homo est persona et humanitas
cepit in christo ergo et personalitas
ergo christus cepit esse persona ergo non
est persona eterna ergo non est uni-
genitus filius patris cum filius
sit coeternus patri sed hoc est impossibile
ergo restat quod illud ex quo sequitur
est falsum ¶ Item impossibile est idem
per se in esse eidem sed hoc est imme-
diatum ergo restat naturas differen-
tes tamen ergo christus sit persona
secundum quod deus aut non conueniret
ei esse persona secundum quod homo aut
illa persona erit secundum quod homo
et si alia persona est secundum quod homo
et alia secundum quod deus ergo christus
est due persone ergo non est unus
et ita non est sed hoc est falsum re-
stat igitur quod illud membrum est uerum
scilicet quod christo non conuenit esse persona
secundum quod homo ¶ Item personali-
tas talis rei in est ratione cuius
quod est in persona ipsa dignissimum
pertinet cum nomine ratione cuius
quod est in persona ipsum dignissimum
persone ad nobilem dignitatem sed con-
stat quod dignissimum in christo non

est humana sed diuina ergo falsum est christum
secundum hominem siue secundum humanam
naturam esse personam ¶ Item hoc
ipsum ostendit persuasionibus catholicis sic
cum arguit Augustinus in libro de persona di-
cens ipse sanctus ut ipse unum intelligit
aut tale aliquod conueniens saltem dignitati
ergo si humana natura in christo uniretur
dignitati ergo si humana natura in christo
sed diuine in eo ¶ Ad primum dicendum quod absque
dubio si hoc deo sed creatura potest in
portat conuenit sicut uel esse nega-
da est simpliciter pro eo quod personalitas
christo secundum humanam naturam que non
potest ipsi cum coniuncta est rei digniori
et ideo non potest hic conuenire persone
que attenditur secundum excellenciam
dignitatis in eo de quo dicitur uel tamen
coniuncta est rei digniori quantumque conue-
niente sed conueniencie siue unione persona-
li et ideo necesse est esse in christo ut
duarum naturarum unam personam sed ea
non potest attendi penes naturam
creatam et penes naturam assumptam
necesse est igitur personam attendi secundum
naturam assumentem et increatam et
propterea hec admittitur christus secundum
quod deus est persona hec respuitur
christus secundum quod homo est persona
sicut probant rationes ad secundum in
contrarium et ideo sunt concedende ¶ Ad illud
quod obiciebatur christus secundum quod homo
est persona ergo etc. dicendum quod hec est
distinguenda quia iste potest denotare
naturam humanam in alio homine secundum quod po-
situm ergo illa anima et illo corpore
et hoc modo falsum est christum secundum quod est
iste homo esse personam nec ualet
quod obicitur quod pronomen denotat per ...

persona persona est ibi tantum valet quantum suppositum unde quecumque dicitur ista albedo. ¶ Si autem sic quod est iste denotat personam tunc est vera et est sensus christus scilicet qui est iste qui est homo est persona sed tunc non sequitur ergo secundum quod homo est soph. secundum alios generaliter aut posset resisti isti modo arguendi. Non enim sequitur peccatus est individuum secundum quod homo. ¶ Ad illud quod obicitur quod christus secundum quod homo est res completa omni completione dicendum quod verum est de completione absoluta de completione autem respectiva que est dignitas suppositi excellencie in natura non habet. Unde humana natura in christo non est nobilissimum omnis sicut in aliis hominibus nec ex hoc sequitur quod minor sit dignitas in christo secundum quod homo quam in aliis hominibus propter hoc quia illa dignitas recompensatur a dignitate maioris dignitatis. Non enim minus nobilius est esse personam per se etiam quam personaliter creata. ¶ Ad illud quod obicitur quod unio personarum non tollit dignitatem persone dicendum quod non est simile quia cum aliquis personarum unitur vel dignitatis secundo non tamen unitur unione illi sed magis voluntatis nec unitur in unitatem ypostasis sed in conformitate nobilitatis et ideo non est necesse proprium esse unum persone cum anima quam in habitacione sed conformitas nobilitatis non sit et est in christo unio personalis. Unde ¶ Ad illud quod obicitur quod quamvis natura sit unita humane tamen post est persona secundum quod deus dicendum quod non

est sibi dignitas quam pro quanto duo dicuntur supposita in quantum natura et haec sua eminentis dignitatis et in singularitate unione utriusque horum reperitur in christo secundum quod deus. Unde ypostasis divina est illa in qua substantificatur tota esse christi non humana proprietas eciam dignitatis in est illi secundum illa non que non patitur vincere dignitatem utriusque autem horum deficit humane nature quando ipsa substantificatur in ypostasi alterius nature. Propter quod sicut est dicatur dignitas in actus vincit etiam dignitatem nature in ypostasi alterius nature et ideo quia sine unione et nobilitate caret proprietate persone. Secundum sic quamvis non careat unio habeat in assumente. ¶ Ad illud quod obicitur quod si aliud dimitteret humanam naturam quod tunc sic scilicet quod homo esset persona dicendum quod verum est quia tunc illa natura haberet aliud modum existendi. Non enim esset unita alii digniori nec haberet suppositum alterius nature nunc autem est contrario et in illo processu nulla est necessitas inferendi quia non similiter quemadmodum. Et si tu obicias quod nulla dignitas accrescat dicendum quod cum ille homo sit persona secundum quod homo habet non est propter dignitatis eminentiam sed propter unionem ab illa separatione quia tunc natura illa prius habet per se suppositum personam eternam. Nunc autem post separationem habet personam temporalem multo autem dignius est habere personam eternam alterius nature quam personam temporalem sibi unitam

qualem Adam primo in prima persona faciebat ipsum vere dici et esse dominum. Sed pro modo homo per se.

Tertio quintum de hac propositione: Christus secundum quod homo est individuum et quod non sit videtur: Christus est aliquid secundum quod aliquis homo sicut haeresis est implicatum aut ergo quid universale aut quid singulare; sed non universale quia Damascenus dicit quod filius dei assumpsit humanam naturam in athomo hoc est in singulari et hoc est individuum ergo etc. ¶ Item Christus secundum quod homo habet proprietates quarum collectio numquam est in alio reperire; hoc autem est individuum sicut patet per notificationem individui quam dat Porphyrius: individuum est quod constat ex proprietatibus quarum collectio numquam est in alio reperire; sed hoc convenit Christo secundum quod homo ergo etc. ¶ Item Christus secundum quod homo praedicatur de uno solo sed singulare et individuum est illud quod de uno solo praedicatur ergo Christus secundum quod homo est individuum. ¶ Item haec est vera: Christus est homo; aut ergo praedicatur hic praedicatio universalis aut particularis non universalis quia constat est homo non dicitur de Christo sicut et de aliis hominibus sed particularis ergo vel est genus vel species vel differentia non genus est differentia ergo species sed species specialissima praedicatur de individuis solum sub ipsa contentis ergo Christus est individuum hominis. ¶ Item hoc est natura Christus secundum quod homo est substantia dividendo sufficientiam divisionis dictae ab Aristotele per primam et secundam aut ergo Christus est secunda prima aut secunda

non secunda quia non genus vel species ergo prima sed prima substantia idem est quod individuum ergo etc. ¶ Item hoc est vera: Christus secundum quod homo est albus et albedo in Christo secundum quod homo sed accidentia prima et per se sunt in individuis ergo albedo est in Christo secundum quod est homo individuum. ¶ Sed contra idem est esse individuum substantiae et hypostasim sed in Christo sola una est hypostasis quae in hypostasi fit unio sicut dicit Damascenus et talis hypostasis est divina non humana vel praeter humanam ergo si haec est falsa Christus secundum quod homo est hypostasis haec similiter est falsa Christus secundum quod homo est individuum. ¶ Item si Christus secundum quod homo est individuum et secundum quod deus substantia individua hoc convenit et secundum rationem individuationis est in duplo ergo Christus est duo; sed hoc est falsum sicut oppositum est supra ergo etc. ¶ Item dicitur individuum est per se unum et unum unio; sed nihil tale est unitum alii substantiae antecedenti secundum se ergo cum humana natura in Christo sit unita verbo aeterno videtur quod rationem individuationis non teneat in Christo. ¶ Item quia quod dicitur de filio hominis dicitur de filio dei ergo cum individuum dicat collectionem proprietatum quae impossibile est in alium reperiri et de alio individuo impossibile est quod Christus sit aliud et aliud individuum scilicet quod homo et quod deus ergo sicut in Christo est unitas personalis ita et unitas individuationis quare sicut haec est falsa Christus est persona secundum quod homo ita et videtur haec esse

flad species est individuum secundum quod homo
¶ Dicit igitur declarat et de generalibus
videlicet utrum sint generalia species et indi
viduum secundum quod homo species et suppositum
secundum quod homo species est hypostasis secundum
quod homo et de aliis consimilibus que
intentiones habent et quid proprietatis
¶ Secundo dicit quod accipiendo proprie hec dicun-
tur prout dicat habitudinem cause
quedam vocabula rationalia sunt pro-
prie et improprie quedam sunt dicta de
deo quod habeat aliquid proprietatis et
aliquid improprietatis hec enim est
flad [illegible] et in ista species secundum quod homo
est persona et hoc similiter species secundum
quod homo est hypostasis. ¶ Comparatione flad
quadruplica causa. tum quia proprium
importat proprietatem dignitatis. tum etiam quod
importat fundamentum tantum ex
existentie naturalis [illegible] aut horum
in est Christo [illegible] assumpte sed
assumptis. ¶ Secundo vero est flad al
tera illarum comparationum quod et si hypos
tasis non dicat proprietatem [illegible]
[illegible] tamen fundamentum existentie
quod autem in Christo non est anima vel
caro nec ex utroque compositum sed
illud intellectum et [illegible] predicte due
locutiones improprie sunt et false et
si legantur alicubi sunt exponende
et secundum aliam acceptionem illius denomina-
tionis secundum quod homo sunt intelligenda
quod autem dequa [illegible] est homo scilicet
species est individuum secundum quod homo
et quod species est suppositum secundum quod homo
possunt habere proprietatem et improprietatem
secundum diversam intentionem illorum vo
cabulorum. Dicitur enim aliquid individuum
dupliciter [illegible] quia dicitur de uno solo

et secundum modum albedo petri est individuum
et secundum modum individuum dicitur quod est
indivisum in se et sic absolute dicitur
species secundum quod homo est indivi
duum in se. Alio modo dicitur individuum
quod est ab aliis divisum et subsis
tit in se et per se hoc modo accipi
endo individuum humana natura
in Christo non est individuum est
enim unita verbo in creato sicut
suo supposito. Et per hunc eundem modum
distinguendum est tum dicitur quod homo
est suppositum est enim suppositum in quo
et suppositum de quo si dicatur suppositum
illud de quo aliud predicatur et quod
subicitur species secundum quod homo
est suppositum. Si vero dicatur illud sup
positum in quo tantum esse vel sta
bilitur et fundatur sic non est concedendum
speciem esse suppositum secundum quod homo
non accidit vel supponit ut si
dicatur suppositum accidentium et pro
tantum accidentalium unde quia
in unita sui acceptione tantum non
individuum quod nomine suppositi compre-
hendit hypostasis false sunt predicte lo
cutiones ex eadem causa ex qua
et locutio predicta scilicet species est hy
postasis secundum quod homo sequeretur
agnoscit, hinc est quod fides
dirigit nostram intentionem et
hec regula est omnis operationis
bone et omnis virtutis, unde
hoc est quod non tamen debet
dici virtus contra quam etiam
virtutum generalitas regula
et auriga et precedere sunt
auctores et vivores que sunt
ad istam partem. Ad illud vero
quod primo obicitur quod fides
tenet medium inter scientiam et
opinionem. Dicendum quod fides assignare
quod medium inter scientiam et opi-
nionem ab hiis non removetur
construitur cum illis duobus sed
medium construit ab extremis. Sed
quod medium locum tenet quantum
ad certitudinem est cum
magis certa quam opinio et
minus quam scientia sicut videlicet
inferius. De hoc autem medio non
est necesse quod sit in eodem genere
[illegible] cum extremis. Pass

etiam dici quod hic non sit nobilitate
in moribus. Praeterea quod medium re-
peritur in genere virtutis et communia
sunt in genere meliorum. ¶ Ad illud
quod obicitur quod speciam distinguitur in hac
a virtute quia ipsa est in vero et
virtus in bono, dicendum patet quod philosophus
loquitur ibi de virtute morali quae
consistit circa actiones et pas-
siones de qua dicit quod virtus
est in passionibus et operationibus
aliorum operativa et ligatur virtus
ordinat in hiis quae sunt ad fi-
nem de virtute autem intellectuali quam
maxime est sapientia et intelligentia
quae ordinat in ipsum finem non
sed veritate et hoc modo fides est virtus
non modo praemisso. ¶ Sed hic modo dicendum
videtur esse catholicius prius in hoc
quod non tantum de virtute morali im-
specialiter de causa alia virtute subiecte
virtutis. videtur posse hic dici quod
aspicitur respectu speciei et operatione dicendum
est quod aliud obiectum est veri fidei
aliud obiectum spei et caritatis. nam obiectum
est quia est veri universaliter, confidere
autem est obiectum quia est veri non
inquantum non visum sed salutiferum
quia enim est in visio requiritur
ad ipsum cognoscendum alius ha-
bitus quam sic habitus spei quia sa-
lutiferum ideo habitus ille ad salu-
tem ordinat et adiuvat liberam
et ideo sed tamen virtutis comple-
tam et sic patet quod nichil impedit
quin fides possit esse in viro et
tamen necessario est virtus. Praeterea
quod aliquando est in vero quem scien-
tiam duplicem secundum quam assigna-
tam est eius intellectus in virtute

non visa et veritate salutifera
quia cum non visa est creditur
voluntate et intentione quae duo
aliena sunt appetentibus sperare in
et virtus magis quam est fides est
virtus fidei pietate quae quidem
non est catholicus sed ignota sunt
philosophis. ¶ Ad illud quod obicitur quod
credere sine ratione est intemporale
dicendum quod illud verum est ubi auctoritas
non supplet locum rationis, ubi vero
auctoritas supplet locum rationis
non est intemporale sed valde com-
mendabile sic autem est in fide quam
et si non assit intellectum ipsius
credentis vero scit quam debeat
veritati assentire ad summe ve-
ritatis auctoritas quae cordi sim-
pliciter suadet quam etsi summa veritate
scimus mentiri non posse et
ideo impium est ei non credere
propterea hoc non tollit ymmo po-
tius confert fidem esse virtutem. ¶ Ad
illud quod obicitur quod quanto magis
aliquis est rationale tanto magis
conformatur virtuti, praeterea dicendum quod rationa-
le tanto magis est aliquid dupliciter
aut quia conforme est rationi de-
nante et illustrante alie virtus
superne aut quia conforme est
rationi gubernante ad cognitionem scilicet
Et primo modo dicta rationale ma-
gis instauratur sed secundo modo dicta
rationale certitudinem habet quam
frequenter vero ad sensibilia quia ipsa
iudicat esse vera quae sunt
falsa et e converso bona quae sunt ma-
la et e contrario unde multi videntur
sibi rationabilia quae sunt valde
[illegible] sicut patet quia multa

invisibilia philosophi viderunt que tamen videntur valde invisibilia ex propriis ut cum continue et cum meditacione et studio et quoniam precellit iudicium viri iudicium pueri tunc precellit iudicium pueri ex proprio iudicio unius philosophi et iudicium rationis supra ... quare iudicium rationis ad inferiora depressum et cum hoc non impedit fidem esse virtutem quia credit aliqua que videntur esse invisibilia hominum alius sunt ... visibilia hoc principaliter immo hoc facit ad rationem virtutis ut credat sine ratione si enim credit propter rationem cogentem illa credulitas non esset voluntaria sed necessaria et sic non esset virtuosa nec meritoria sicut melius manifestabitur inferius.

Secundo queritur utrum fides sit in parte cognitiva an in affectiva et quod sit in parte cognitiva videtur primo per Augustinum qui sic diffinit credere in libro de predestinacione sanctorum credere est cogitare cum assensione ad illa igitur virtutem pertinet credere ad quam pertinet cogitare sed cogitare est potencie cognitive ergo et credere. Cum igitur in illa potencia est fides cuius actus est credere videtur quod virtus sit in parte cognitiva. Item ad Romanos x. fides est ex auditu. Glossa dicit intellectum ... de auditis intellectus illustrat fides est per auditum et fides illuminat mentem et tamen audire quod illuminat spectat ad partem anime cognitive unde quod fides sit in parte anime cognitiva. Item re...

formatis ymaginibus sit particeps per tres virtutes theologicas sed ... tunc consistat in potencia affectiva virtus et in potencia cognitiva non est aut aliam dare nisi fidem. Si ergo virtus est in ea parte que reformat videtur quod fides sit in potencia cognitiva. Item in eadem est virtus continua et dos illi succedens in gloria sed visio que succedit fidei est in potencia cognitiva sicut manifestum est ergo in ... in illa particula anime est virtus tamen in se ... cuius actus complicat difficultatem ... cum in ea potencia collocatur ad tantum opus habilitat. Si ergo per fidem captivatur intellectus in obsequium Christi ergo fides complet actum ... potencie intellective est igitur in ipsa tamen in subiecto. Item contra ... diffiniens virtutem dicit quod virtus est habitus voluntarius ergo si fides est virtus est habitus voluntarius sed habitus voluntarius est in voluntate tamen in subiecto ergo et fides. Item Augustinus de moribus ecclesie virtutem diffiniens dicit quod virtus non est aliud quam amor ordinatus ergo si omnis virtus est amor ... omnis virtus est in ea potencia cuius est amare sed hoc est potencie affective non cognitive ergo omnis virtus est in potencia affectiva. Item magister Hugo in libro de sacramentis dicit quod in affectu fide

opera requiritur. Sed in ea potentia est virtus tamen in subiecto proprio immediate requiritur omnis opera si igitur hec est potentia affectiva igitur etc. ¶ Item in illa potentia est virtus fidei que posset cogi quia sicut dicit Augustinus cetera posset homo nolens credere non potest nisi volens. Sed potentia cognitiva potest cogi igitur fides non potest esse in potentia cognitiva sed in potentia cognitiva vel affectiva igitur etc. ¶ Item in illa potentia est virtus sicut in subiecto que est principium actus et operis illi virtuti debite. Sed nullus assentit veritati nisi ipse nisi quando vult. Si igitur sit principium actus credendi hec orta a voluntate necesse est esse fidem in ea tamen in subiecto proprio. Sed tu dicas quod simul est in intellectu et affectu. Contra hoc est quia unus habitus simplex non potest esse in duabus potentiis. Sed affectiva et cognitiva sunt diverse potentie sicut omnium est simplex in fide hec. Ergo si fides est habitus unus non potest esse simul et semel in illis potentiis duabus et ideo per hoc non salvatur quia ad hec restat quod in qua illarum potentiarum sit primo et principaliter quia quorum horum doctorum videntur obviare rationes que sunt ad oppositum. Item ¶ Ad hoc ad quodlibet intelligentiam est notandum quod circa hec diversi diversa senserunt quidam enim dixerunt quod fides est in sua cognitiva et intellectu speculativo sed quod est speculativus. et non totorum est

quia intellectus speculativus dicitur esse ille qui tendit in verum sub ratione veri fides autem facit intellectum credere articulos non quia boni sed quia veri ita enim quis credit dampnacionem malorum sicut glorificationem bonorum et ideo caritas et fides distinguntur in obiecto quantum ad rationem materie eo quod caritas tendit in deum sub ratione boni. Notandum est quod fides tendat in deum sub ratione veri credendo assentit summe veritati non quia bonitas sed quia veritas quod igitur intellectus speculativus respicit verum sub ratione veri hinc est quod dixerunt fidem esse in intellectu speculativo inquantum est speculativus nec obviat hiis verba philosophorum quia ipsi de veritate fidei non intellexerunt. ¶ Alii autem aliter videntur esse dicendum dicentes quod fides est in intellectu practico intellectus enim practicus dicitur esse intellectus extensus secundum quod vult plus quam intellectus speculativus extensione sit practicus. Contingit autem intellectum extendi tripliciter vel per coniunctionem sui cum affectione ad quam inclinat vel per coniunctionem sui cum affectione quam inclinat vel per coniunctionem sui cum operatione quam dirigit et regulat. Omnibus autem hiis modis contingit fidem ponere in intellectu extenso sive practico secundum varios status fidei. Nam fides simpliciter dicta que est in simplicibus sine for-

¶ Intellectus triplex extenditur

v

inclinata que facit hominem credere
deum in hiis que non videt est
in ipso intellectu inquantum inclinatur
ab ipsa voluntate non enim crederet
nisi vellet Et fides autem forma-
ta qua quis credit in deum
est in ipso intellectu inquantum incli-
nat affectum ad hoc enim quod ali-
quis credat in deum per fidem for-
matam oportet ut in ipsum aman-
do tendat secundum quod habet virtus
fidei aut perfecta de qua dicit
apostolus quod est operans per dilectionem
illa quidem est in ipso intellectu
inquantum mediante affectu dirigit
opus et sic patet quod secundum istos
fides est in intellectu practico
sive extenso secundum diversos ipsius
fidei status sive intellectus prac-
ticus dicatur idem sive quasi sive
magis idem secundum quod magis et
magis habet extendi Racio autem
que movet istos hec racio non
facta est ubi philosophus qui dicit
quod virtutes sunt in intelligencia
practica Et eciam ipsa esse recta
que dicit quod virtus non potest
esse nisi habitus voluntarius
cum tamen in ipsa consistat laus
et meritum et ideo impossibile est quod
virtus fidei sit in intellectu nisi
inquantum intellectus inquit affectum
intellectus aut affectum inclinatus
et ipsum per ipsius dicatur esse intel-
lectus extensus vel intellectus prac-
ticus et ideo dicunt ipsam fidem
esse in practico intellectu Restat
tat ad hec tercius modus dicendi vide-
licet quod fides nec est omnino in

potencia cognitiva nec omnino in potencia
affectiva sed quodammodo in hoc et quo-
dammodo in illa et hoc est quod dicit
magister hugo de sancto victore in libro de
sacramentis duo inquit sunt in quibus
fides consistit cognicio videlicet
et affectio in affectu quidem substancia
fidei reperitur in cognicione [illegible] non in-
Racio autem que movet ad hoc posi-
est quod actus voluntatis est essen-
ipsi fidei cum enim esset virtus prin-
cipalis nisi esset voluntarium dicit
et augustinus dicat quod virtus non est
aliud quam amor ordinatus Si
ergo fides est virtus requirit
actum voluntatis ut sic essen-
cia et ex illa habet essencialiter ra-
cionem nisi esset voluntarium unde et augustinus
dicit quod virtus non est aliud quam
amor inordinatus si ergo fides
est virtus quod sit essencialiter Rursus quia
ipsi fidei cognicio essencialis est
et illuminacio per quam intellectus diri-
gitur in summam veritatem et ei sub-
icitur ideo ipsa fides essencialiter
requirit actum racionis et propterea di-
cunt illi qui sunt huius racionis
fidem esse non tantum in racione sed
eciam in voluntate cum utrumque actum re-
quirat essencialiter quia nec ac-
tus racionis requirit actus volunta-
tis est nullus cum non inclinetur a voluntate
ideo et dicunt quod in racione in-
fidei reperitur in affectione et [illegible]
omnes aut huiusmodi dicendi a
magnis clericis prefuerunt [illegible]
et quibus ergo hic satis racionabiliter sunt

dicantur et si quis recte intelligat inveniet quodlibet corpus habere aliquid veritatis ut autem hoc planius fiat attendendum est aliquas adhuc subiectum virtutis in generali quod quidem virtutem possumus partes plane quibusdam pro suppositis virtus enim est subiectum quam consistit laus et meritum sicut culpa secundum quam attenditur meritum et demeritum. Virtus autem est habitus reddens potentiam finalem respectu alicuius actus. Si ergo virtus principium est laudis et meriti necesse est illam potentiam in illa potentia anime que est principium primum operationis laudabilis et meritorie nam si ponetur in potentia inferiori tamen virtus potentialis inesset generaliter virtuti. Si ergo li. ar. principium est meriti et demeriti necesse est omnem virtutem in li. ar. ponere. Rursus cum habitus sit in ea potentia cuius actui complicat difficultatem et virtus sit habitus necesse est eam reperiri in ea potentia sicut in subiecto quam ad opus habilitat quam quia quedam virtutes complicant generis rationalis quedam actus concupiscibilis quedam actus irascibilis ideo quasdam necesse est ponere in rationali quasdam in concupiscibili quasdam in irascibili. His presuppositis finale est si videre quod est subiectum fidei. Si cum fides virtus est circa quam consistit laus et meritum necesse est quod ipsa in li. ar. ponatur. Rursus si fides habitus est per quem intellectus captivatur in obsequium Christi et inclinatur pure veritati propter se et hoc modo dicitur intellectus quodammodo sub-

dilatum necesse est quod habitus fidei quodammodo sit in intellectu speculativo quod habet verum speculativum et quia intellectus non habilitatur ad assentiendum prime veritati pure secundum suum iudicium sed secundum voluntatis imperium ideo fides non respicit intellectum tamquam pure speculativum sed necesse est quod ipsa sit in ipso intellectu secundum quod quodammodo est extensus et ab affectu inclinatus. Rursus quoniam ipsum velle credere est conveniens ipsi fidei hinc est quod habitus ille non tantum respicit intellectum ut speculativum simpliciter veritate nec etiam inclinatum ab affectu sed etiam ipsum affectum complexus patet quod non est repugnans inter predictas positiones si quis recte intelligat ymmo ex omnibus quod colligitur una veritas integra quod fides ut est virtus et principium meriti respicit li. ar. ut subiectum inquantum vero habitus est quodammodo respicit intellectum speculativum et cum actus qui est credere verum quia verum quodammodo intellectum extensum ut eius actus qui est credere voluntarie sive credendo tendere in deum quodammodo respicit affectum et eius actus qui est velle assentire ei ad quod ratio comprehendere non potest attingere. Si tu obicias quod ista non possunt simul stare quia cum fides sit habitus simplex et unus habitus simplex sit in una potentia tamquam in subiecto non videtur quod possit omnes illas potentias tamquam unum subiectum respicere. ¶ Ad hoc dicendum est quod nichil impedit dicere unam et eandem

o

virtute esse simul in li. ar. et
racione et voluntate sicut in subiecto
li. 9o. cum sint li. ar. non est
potencia distincta a racione et voluntate
secundum rem et tamen unius secundum quod
vult licet dicatur li. ar. completi-
ones tres potencias s. irascibilem et
concupiscibilem et volubilitatem et ideo
nullo inconveniens est quod una que-
libet virtus que respicit in una-
quaque illarum potenciarum secundum quod habitus
in li. ar. respondeat secundum quod virtus
et unita principium simpliciter nullo
est inconveniens ponere unum habitum
esse in racione et voluntate ita
quod una illarum potenciarum respiciat
habitum ad actum materiale alteram
habitum ad actum formale sicut
patet quod habitus sapiencie quo aliquis
respicit memoriam sed qua ad reten-
cionem et quo aliquis intelligenciam
quo ad facultatem commissionis et
tamen dicitur unus habitus simpliciter
quamvis eius potencie distincte sit
[illegible] contrarii habet in una sub-
racione sicut potest esse in eis uni-
tas [illegible] sicut una sanitas
potest esse in multis membris
corporis interius et una honesta-
tas in multis potenciis [illegible]
potest [illegible] et [illegible] quod sit
[illegible] virtutis quod sic eadem
[illegible] sine [illegible] potest
[illegible] determinatio [illegible]
[illegible] quod sit [illegible] fidei [illegible]
[illegible] virtus [illegible] sit
esse in li. ar. [illegible] tamen habitus
[illegible] potest [illegible] est quod

dammodo in potencia cognitiva sicut audiui-
mus ad primam partem quoniam ad
fidem pertinet cognitive ad fidem
pertinet illuminare et racionem refor-
mare et intellectum captivare unde ex
fidei succedit unde quamvis
respiciant cognitivam ideo racionis
ad partem illam inducte sunt
et de nec eius obviant racionis
ad oppositum quoniam hec fides respi-
ciat actum potencie cognitive non tamen
ipsum respiciat omnino prime sed in
quantum est affectione generatur
et quodammodo possidetur et ideo
carum vero est ponere quod fides qui-
dammodo sit in affectione sicut dicit
magister sententiarum de fide [illegible] et hic quod
est habitus voluntarius et ani-
ordinatus et talis est actus
eius quod ad ipsum nemo potest [illegible]
[illegible] et ideo concedi potest
racionis que sunt ad partem [illegible]
tem que racionis sibi invicem
non obviant sed utrumque veritatem
concludant patet clare potest unde
sed quis potest capere quod adesse fi-
dei virtutis concurrit actus simul
simul et voluntas quod bene innuit
apostolus in epistola notificacione fidei cum
dicat fidem esse substanciam rerum spe-
randarum argumentum non apparentium ta-
gens quod est in ea cognitivum et quod
est affectivum unde cum fides
esset virtus concurrens intellectum
illuminaret non eius voluntatem quo-
dammodo rectificaret sicut patet [illegible]
[illegible] qua illuminat intellectum
ad eadem ad que illuminat fides et
tamen non potest esse virtus qu-

in illa illuminacione non cooperatur
voluntas secundum hoc quod cooperatur
in fidei assensu et actu quo hoc
parte possumus ea que obiecta sunt
et consimilia que contra hoc obiecta sunt

Tercio queritur utrum fides sit
virtus una et quod sic videtur
Ephesiis iiii° dicitur unus deus una
fides et unum baptisma sed baptisma
virtute habet secundum speciem quod quidem
est sacramentum fidei ergo multo
multo fortius quod et ipsa fides
Item i. ad Corinthios xiii° Nunc ma-
nent fides spes et caritas tria
hec sed spes et caritas sunt vir-
tutes secundum speciem ergo et fides
Item fides ille assentit nisi prime
summe veritati et summa veritas
tamen una est que ratio credendi est
una sed habitus diversificantur per formam
et speciem a parte rationis motive
et motionis si ergo ratio movendi est
una necesse est virtutem fidei qua
creditur esse una specie ¶ Item
qui credit in deo non videtur
esse fidelis nisi credat in omnibus
articulis sed fides virtus facit
unumquemque tunc fidelem ergo non
est vera fides virtus nisi per
ipsam omnia credibilia credantur
et in unum colligantur sed non col-
ligentur in unum per se nisi fides
esset virtus una ergo necesse est
quod fides una sit respectu omnium
credibilium ¶ Item non est alia
obediencia secundum speciem qua obedit
deo in mandatis prime tabule
et in mandatis secunde legis man-

data prime tabule ordinant
ad deum mandata non secunde ordi-
nent ad proximum ergo pari ratione
non erit alia fides qua assen-
titur prime veritati in articulis
respicientibus deitatem et in articu-
lis respicientibus humanitatem et non
est dare aliud secundum quod fides
multiplicetur et diversificetur ergo ne-
cesse est fidei virtutem esse una
secundum speciem ¶ Sed contra habitus
diversificantur per actus et actus per
obiecta sed obiectum fidei non solum
est verum increatum ut pote quod
deus sit trinus et unus sed eciam
verum creatum ut pote quod Christus
sit natus et passus Si ergo
creatum et increatum videntur esse
esse plurimum differunt essencialiter
et formaliter necesse est ponere quod
fides qua credimus deitatem
et fides qua credimus humani-
tatem sit alia et alia secundum speciem
¶ Item sicut voluntas se habet
ad volita et spes ad speranda sic
se habet fides ad credenda sed vo-
luntas diversificatur et variatur
secundum diversificationem diversitate volitorum
sicut et spes secundum diversitatem speran-
dorum ergo racione consimili quod fides di-
versificari habeat secundum diversitatem
credibilium et sic videtur idem
quod prius ¶ Item donum sapiencie
et sciencie sunt diversa dona et
hoc non ob aliud nisi quia unum est
de eternis et aliud est de temporalibus
si ergo fides est de istis et
de illis videtur quod et ipsa formaliter

habet diuisionem. ¶ Item timor
et spes sunt affectiones for-
maliter differentes et hoc quia
timor est de futuris malis spes
autem de futuris bonis. sed fides
non tantum est de futuris bonis
ut patet de gloria eterna sed etiam
de futuris malis ut patet de
suppliciis eternis ergo videtur quod fides
de hiis et illis habet formaliter
diuisionem. ¶ Item nulla virtus
habet plures veras virtutes in ea
quantum ad vera intentione respe-
ctu finis sed fides est que dirigit
intentionem ergo verum est quod
fides omnes virtutes continet
quantum ad earum fines ergo si
virtus que omnes virtutes
continet non est virtus specialis
sed virtus generalis ad omnes
videtur consequenter posse colligi fidem
non esse virtutem unam specie.
¶ Ad oppositum quod fides sine
in eius sine individuis una est
specie. Item patet quod tunc dicitur in
spes quibus in duas diuisificatur
specie unum et hinc vero est quod
unitas virtutis attenditur specie
unitate actus principalis unitas
autem actus principalis attenditur specie
unitate obiecti primi et quia obiectum
primum fidei unum est hinc est
quod verum est unitate fidei esse
unam. hoc autem planius patet ex com-
paratione in consimili sicut enim vide-
mus in habitu videndi quod virtus
visiua habet obiectum per accidens
sicut dicimus videns equum vel
hominem habet etiam aliud per se
sicut dum videt album et nigrum
hoc est obiectum non solum non proprie
sed est primo sicut dum videt la-
pidem et huiusmodi obiectum per accidens
sunt obiectum ulle ipsius visus
diuisificat nisi specie sicut equus
differt specie ab homine et est
obiectum per se specie differt sicut
album specie differt a nigro non
tamen habitus videndi specie diuisificatur
quia vero obiectum primum videlicet prima
vero lumine [illegible] una est in omni
visibili et per se et ex proposito in-
telligendum est quod licet fides
habeat multa obiecta per accidens
sicut omnia que continentur ad
articulos multa etiam obiecta per
se sicut etiam ipsos articulos plures
et distinctos quia tamen una
est ratio credendi in omnibus videlicet
licet ipsa summa veritas tamen ipsa
fides in intellectu per se et primo
omnia vero ipsa fides est specie
una quantum quod reperiatur in cre-
dentibus diversis et est simile si ego
credam alicui homini veritatem
quia verax est eadem credu-
litate qua credam ipsum esse
veracem credam omnia esse ve-
que dicat quantumcumque de diuersis
materiis logice philosophie
[illegible] ex proposito intelligendum
et vero concedendi sunt
credentes fidem habere unitatem
specie. ¶ Ad illud quod ob-
icitur in genere quod actus diui-
sificantur per obiecta iam patet quod
hoc non intelligitur de quocumque ob-

sz de obo q est obiectum ipse et
primo q quod non tamen habet
verum interius sz est verum actum
et motum h aut non non de obiectum
fidei nisi quia sunt veritas sic
infra inclinus patebit tamen
de obiecto fidei inquirere. Ad illud
q obiicitur q sicut se habet fides
ad credibilia sicut voluntas
ad volita et spes ad speranda dd q
non est simile quia spes in di
versis salz diversas intue vo
nes et diversa media per que illa
cognoscat sum^s voluntas
in diversis volitis diversa intue
appetibilia ipse q illa appetit
ideo tamen voluntas quam spes diver
sificantur penes illa q appetit
et cognoscit fides aut intue
unum solum q omnia credibilia
credit et ideo ipse diversitate
credibilium non sz diversificatur
Ad illud q obiicitur q donum scientie
et sapientie diversificatur dd q non
est simile quia sapientia cognoscit
rem eternam solum rationes eternas
et scientia res temporalia solum ratio
nes temporales et ideo diversifi
catur quia cognoscit solum ratio
nes alias fides autem non sic
unum tamen rem creatam quam et
increata respicit solum dictamine
veritatis eterne et ideo non sic
sz diversificatur Ad illud q obiicitur
q timor et spes diversificantur
quia sunt de bonis et malis
dd q non est simile quia timor
respiciat malus solum q malus
et spes donum bonum sz q bo

et ita solum rationes diversas
fides aut bona et mala non
considerat nisi inquantum cadunt
sub dictamine veritatis et ita
sub ratione una ita cum credit
malos puniri sic bonos
premiari ita cum est unum verum
sicut et reliquum et ita dictat
veritas unum sicut alterum Ad
illud q obiicitur q fides dirigit
omnes virtutes dd q [illegible] non
sequitur q fides sit virtus gene
ralis [illegible] q contingit virtutes
se ipsas [illegible] obiectum [illegible]
virtutes bene potest esse [illegible] al
terius virtutis ita ad invicem
distincte sunt quia distinguntur
penes obiecta ipsa que non tamen
habent verum interius verum est verum
motum obiectum cum [illegible] fa
cit generia inesse nec [illegible]
et ipse non sequitur q fides
sit genus alijs virtutibus quia
fides respicit certa obiecta et
simus cum illa solo non primo
dum [illegible] quando [illegible] obiectum
tum [illegible] et primum hic distinc
tum ab alijs virtutibus solum
tamen [illegible] unitate [illegible] ponere
fidem esse unam solum [illegible]
sicut in precedentibus [illegible]
est

Quarto queritur utrum fides
sit certior quam scientia et
q sic videtur Augustinus [illegible] et ce
[illegible] fides [illegible]
q fides maior est vel saltem
equalis [illegible] q scientia ipse

phus. virtus est certior omni arte sed fides ponitur in genere virtutis scientia autem et ars sunt in genere eiusdem generis ergo maior est certitudo in fide quam sit in habitu scientie. Item certius cognoscitur quod cognoscitur in lumine increato quam quod cognoscitur in lumine intelligentie sive veritatis create sed quod cognoscitur fide cognoscitur in lumine veritatis prime quod autem scientia cognoscitur in lumine intellectus create ergo maior est certitudo fidei quam scientie. Item certius est illud in quo minus cadit error quam circa quod contingit errare. sed fidei non permiscetur error cum autem philosophorum multa errores permiscentur ergo maior est certitudo fidei quam sit certitudo alicuius scientie philosophice. Item certior scientia certius habet fundamentum quanto aliqua scientia nobilior est per consequens tanto certior est sed scientia theologie est omnino scientia altissima et nobilissima ergo certissima si ergo fides est fundamentum certius scientie theologice necesse est ipsum esse certissimum est igitur in ea maior certitudo quam in aliqua scientia. Sed contra magister Hugo de sancto victore fides est certitudo quedam animi de absentibus supra opinionem et infra scientiam constituta ergo minor est certitudo in ipsa fide quam in habitu scientie. Item certius cognoscitur illud de quo non potest dubitari quam illud de quo potest dubitari sed quod quis cognoscit scientie cognitione sic novit quod de eo dubitare non potest quod autem novit aliquis certitudine fidei potest de eo dubitare sicut patet ergo maior est certitudo scientie quam fidei. Item certius cognoscitur quod cognoscitur aperta ratione quam quod cognoscitur sola credulitate sed per scientiam cognoscitur aliquid aperta ratione per fidem sola credulitate ergo certior est scientia quam fides. Item quanto aliquid cognoscitur clarius tanto cognoscitur certius sed fides cognoscit per speculum in enigmate scientia autem revelata facie ergo maior est certitudo quam habet scientia quam illa quam habet fides. Item certius cognoscitur quod potest probari quam quod non potest probari quam quod quis cognoscit habitu scientie potest probari aliquo argumento ad negantem et eum convincere necessario ita quod non possit contradicere non sic autem est de fide ergo fides non habet tantam certitudinem quantam habitus scientie. Respondeo dicendum quod cum comparamus certitudinem fidei ad certitudinem scientie potest intelligi dupliciter. Nam uno modo scientia potest dici acquisita et alia infusa dei in patria et hoc modo non est dubium quin scientia isto modo precellat incertitudine ipsam fidem sicut gloria precellit gratiam et status patrie statum vie. Alio modo dicitur scientia cognitio quam quis habet in via et ista potest esse dupliciter aut ratione illorum respectu quorum est fides aut in

aliorum cognoscibilium. Si respicitur illorum respectu quorum est fides, sic simpliciter loquendo certior est fides quam scientia. Unde si aliquis philosophorum cognosceret aliquem articulorum, verbi gratia dicendo ut sciret deum esse creatorem vel deum esse remuneratorem, nunquam ita certitudinaliter cognosceret per scientiam suam sicut verus fidelis per suam fidem. Si autem loquamur de scientia secundum quod est cognitio aliorum cognoscibilium, sic quodammodo certior est fides quam scientia et quodammodo econverso. Est enim certitudo speculationis et est certitudo adhesionis, et prima quidem respicit intellectum, secunda vero respicit ipsum affectum. Si loquamur de certitudine adhesionis, sic maior est certitudo in ipsa fide quam sit in habitu scientie, pro eo quod vera fides magis facit adherere ipsum credentem veritati credite quam aliqua scientia alicui rei scite. Videmus enim veros fideles nec per argumenta nec per tormenta nec per blandimenta inclinari posse ut veritatem quam credunt saltem ore tenus negent. Quod nemo sciens sane mentis faceret, ut aliquis qui cognosceret, vel magis doctrina fidei dicit non esse faciendum. Stultus certe esset geometer qui pro quacumque conclusione geometrie auderet subire mortem. Unde verus fidelis certe si sciret totam scientiam philosophicam mallet totam illam scientiam perdere quam unum solum articulum ignorare, adeo adheret veritati credite.

De certitudine igitur adhesionis verum est fidem esse certiorem scientia philosophica, et hec certitudo respicit veritatem et doctrinam fidei pro veritate, et de hac certitudine concludunt rationes ad primam partem inducte. Si autem loquamur de certitudine speculationis que quidem respicit ipsum intellectum et evidentiam veritatis, sic concedi potest quod maior certitudo est in aliqua scientia quam in fide, pro eo quod aliquis pro aliquo scientiam ita certitudinaliter novit quod nullo modo potest de eo dubitare vel aliquo modo dissentire nec in corde suo illo modo contradicere, sicut patet in cognitione dignitatis et principiorum primorum, et hoc modo procedunt rationes ad partem sequentem sicut per tractatum patet. Et hoc modo procedunt rationes ad partem. Per hoc patet. Responsio ad questionem propositam patet ex supradictis. Ad alia procedunt enim secundum diversas vias. Nam rationes ad primam partem inducte concludunt de certitudine adhesionis, rationes vero ad oppositum de certitudine speculationis. Unde per rationes ad primam partem inducte videntur concludere de certitudine speculationis quod illa certitudine sit fidei certior scientia, quod falsum est; ideo tempus est eas dissolvere. Ad illud primum Augustini quo dicit quod nichil est homini certius sua fide dicendum quod nichil facit ad propositum, quia non loquitur de certitudine qua quis habet per fidem sed qua quis habet de fide quam habet in mente, et illa est certitudo scientie. Scit enim

habens fidelis secundum hanc fidem
¶ Ad illud philosophi quod virtus est
certior omni arte dicendum quod ipse loquitur
de virtute et arte secundum quod comparantur
ad id ad quod utraque inclinat sic aliquis
invenire medium per habitum vir-
tutis quam per habitum prudentie cogi-
tamus non autem generaliter intel-
ligendum quod virtus sit certior certitudine
principiorum aliquarum quam aliqua scientia certa
simul ¶ Ad illud quod obiicitur quod per-
ceptus videre quod videre in lumine veri-
tatis increate quam quod videre in lumine
veritatis create dicendum quod illud verum
est quando lumen veritatis increate
irradiat plene sicut erit in
patria quando autem non plene ir-
radiat non est necesse quod sciat
veritate sicut patet quia certius homo
potest videre ad lumen candele quam
ad lumen solis ubi sol non plane
irradiat Sic et in proposito intel-
ligendum est licet enim fiat irra-
diatio mentis in fide ab ipsa veritate
eterna non tamen est irradiatio
plena quamdiu manet speculum et
enigma ¶ Ad illud quod obiicitur
quod certior est cognitio que non
permiscetur errori dicendum quod verum
est sed sicut fidei non permis-
cetur error ita etiam nec scien-
tie quantum scientia sed hic est solum quod scien-
tiam aperte cognoscit sic etiam
quilibet in ipsa fide aperte credentes
sicut patet in infideli qui propter
distorsionem intellectus a cognitione
fidei labitur in heresim dum credit
vere permiscet se credulitas scientia
unde probat non potest concludi quod

fides sit certior quam scientia quod
tamen verum est quod doctrina fidei
magis naturaliter est tradita quam
aliqua scientia philosophica quia
prius scriptis et ipse sapientes qui do-
cuerunt veritate fidei et sacre
scripture in nullo falsum dixerunt
nec in aliquo possunt reprehendi
quod de nullo philosopho arbitror nec per
se dici in traditione aliorum
doctrine ... inveniuntur vero
multa falsa permiscuisse ¶ Ad id
quod obicitur quod quanto scientia nobilior
est tanto certior dicendum quod illud non
habet veritatem nam sicut dicit philosophus
minor est scientia mathematice scientie
divine et tamen nobilior est divina
quam mathematica hoc autem est propter
defectum aperte intelligentis quia
sicut dicit philosophus sicut se habet
oculus noctue ad lucem ita in-
tellectus noster ad manifestissima nature ubi
illa que sunt certissima in se
cognoscit aliquis dubie et tamen
illa cognitio unius certitudine magis
est nobilis et perfecta quam est
de minus nobilibus melius et cum
nec modicum quod de eo scire quam
celestium et terrestrium notitiam
habere ... non ad oppositum par-
tem contrarie sunt concludunt cum
certitudine speculationis sicut satis
clarum est et perscrutanti appa-
ret

Quinto queritur de descriptione fidei
ab apostolo assignata quam ipsa
mentis certioris est magis ante...
diffinit autem apostolus fidem sit

Ad hebr. xi fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium ... aut ista descriptio in generali assignata ...

[illegible]

eundenat ¶ Item vesilhen inde
esse defectuum suffic. quia fides non
tantum est de futuris verum etiam
de preteritis et presentibus ut dicit Aug.
sed ergo speranda non solum modo
sunt futura unde quod in suffici-
enter diffiniat cum diffinit sola
modo res sperandas ¶ Item fides
non tantum est fundamentum speciei rerum
etiam caritatis et totius edificii
spiritualis ergo ita est substantia vel fun-
damentum caritatis et rerum dili-
gendarum sicut speci et sperandarum
unde ergo insufficienter dixisse
cum dixit eam esse fundamentum
rerum sperandarum ¶ Cum enim nobi-
lior sit caritas quam spes ma-
gis debet diffiniri fides per res
diligendas quam per res sperandas
et ita esse insufficiens datis defectus pre-
dicta descripcio unde esse penitus
abiicienda et repudianda ¶ Ad
ad predictorum intelligentiam est advertendum
quod tunc diffinicio sive notificacio
est recte assignata quando includit
sufficienter in diffinito et hoc est
quando propriam notificacionem primus dif-
finita tamen plene indicat et a-
perte manifestat et ab omnibus
aliis separatur hoc autem est reperire
in presenti si quis attendat ¶ Na-
m ipsa fides secundum tamen suam
aliquid respicit cooperte intel-
lectus aliquid cooperte affectus scilicet
cum affectum stabilire et intellec-
tum illuminare et insuper af-
fectum stabiliat dicitur substantia sive fun-
damentum insuper autem intellectum

illuminat dicitur argumentum ut ergo plene fi-
dem comprehenderit apostolus eam
diffinivit sive notificavit ut diceret
esse substantiam simul et argumentum ¶ Dicimus enim
diffinitio tota comprehensum diffiniti in
se claudit ¶ Debet etiam insuper
aperte notificare et quia species
virtutis eius notificare habet videlicet
per finem ultimum et per suum obiectum. Spes
autem usus fidei consistit in
eterna beatitudine quam speramus
et ita in rebus sperandis. obiectum
autem consistit in veritate non visa
et ita in rebus non apparentibus
ideo apostolus tamen sunt fidem diffiniens
per res sperandas et non apparentes
ut sic notificacio fidei non
solum comprehendit diffinitum complecteretur
plene per intellectum et affectum
sed etiam manifestaret aperte per
finem et obiectum ¶ Debet etiam diffinitio diffi-
nitum ab omnibus aliis separare et
quia fides formata distinguitur
habet a fide informi ¶ Distinguitur
non etiam habet ab heretica cunctis
aliis virtutibus a fide in qua
informi distinguitur in quantum sus-
tentat totam fabricam spiritualem et
ab aliis autem virtutibus in quan-
tum veritati et dicto in se facit
adherere ¶ Ideo quantum dicit duo
dicta substantia rerum sperandarum ut
distinguitur a fide informi et
argumentum non apparencium ut distinguatur
ab heriticis aliarum virtutum et
sic patet quod predicta diffinicio includit
continet sufficienter vel diminuta
nec est in ea clausula nec
dicitur ~~verbo~~ nec sillaba ociosa
ymo
etiam

Notandum est igitur quod principium esse inconveniens et secundum arte assignatum ita quod in se habet veritatem convenientem evidentiam et sufficientiam adeo perfecte et complete ut nec intelligi per philosophos possent et cum artificialiter et complete assignare. Ad illud quod primo obicitur in quantum quod sicut dicitur fides esse substantia dicendum quod substantia dicitur dupliciter scilicet proprie et transsumptive. Proprie quando dicitur minor modus [illegible] substantia in substantia forma substantia compositum substantia que est essentia unius cuiusque. Transsumptive vero dicitur substantia illud quod habet aliquam proprietatem substantie dicendum aliquo istorum modorum tunc autem dicitur fides est substantia hoc non dicitur secundum quod hoc nomen substantia ponitur in predicamento substantia sed secundum quod sumitur in significatione transsumptiva. Dicitur enim substantia quia est fundamentum fulciens et principalis ad similitudinem materie que pluribus fulcimentum formis et accidentibus et quod ita accipiatur patet per notificationem datam in loco eius quod dicit apostolus fides est substantia sperandarum rerum argumentum sicut fides est causa quod sperantur res et videntur. Causa vero que non videntur. Ad illud quod obicitur quod substantia dicitur etc. et argumentum similiter quod argumentum dicitur duplex uno modo proprie et transsumptive proprie quando argumentum accipitur secundum quadruplicem acceptionem. Nam uno modo dicitur argumentum ratiocinatio secundum quod dividitur in quatuor species unde in sillogismum inductionem entimema et exemplum. Alio modo dicitur argumentum complexe sumpta [illegible] medium in quo consistit tota virtus argumentationis. Tertio modo dicitur argumentum propositio maxima in qua consistit virtus totius illationis consequentis aut huius. Accipitur vero argumentum dicitur quod mentem arguit et illuminat ad aliquid intuendum et ei firmiter adherendum et secundum hanc proprietatem potest transsumptive dici argumentum quod quidem illud sit quod mentem arguit et illuminat ad intuendum aliquid occultum et hoc modo dicitur fides esse argumentum. Vero non apparentium quia ita facit intellectum eius assentire sicut argumentum verum facit assentire conclusionem probate et per hoc patet responsio ad illa que arguebat per duas diffinitiones. Ad illud vero quod obicitur quod illa per transsumptionem diffinitione est diffinitio quantitatis dicendum quod predicta notificatio non convenit speciei et quamvis speratio aliquomodo posset dici substantia rerum sperandarum non tamen potest dici fundamentum sicut fides quia non est substantia rerum virtutum licet hoc aliquomodo posset ei attribui tamen sequens pars diffinitionis que est argumentum non apparentium convenit soli fidei que intellectum facit assentire ipsi veritati. Hoc autem nec speciei competit nec caritati licet eis competat quedam connexio certitudinis in ipsis [illegible] maxime ipsi spei. Ad illud quod obicitur quod credulitas

D

supplicatorum non est substantia verorum
sperandorum sed magis timendorum
Dicendum quod fides dicitur esse substantia verorum
sperandorum non tamquam substantia sed
tamquam finis sicut predictum est
quamvis autem credulitas supplicatorum
sit verorum timendorum per modum obiecti
est tamen verorum sperandorum per modum
finis ideo tamen quamvis cre-
dit etiam supplicia ut assequatur
bona speranda. ¶ Ad illud quod obicitur
quod est ibi defectus etc. quia fi-
des diffinitur per posteriora et igno-
ta dicendum quod semper est diffinitio eius
per finem et obiectum sicut prius ostensum
est licet autem finis ipsius fidei
que consistit in rebus speran-
dis que sit posterior ipsa fide
quantum ad assecutionem est tamen
prior quantum ad intentionem
licet etiam obiectum ipsius fidei quod
consistit in rebus sperandis
in veritate non appareat sic tamen
infideli incognitum nichilominus
cognitum est homini fidem habenti
quamvis etiam sit incognitum quale
sit notum tamen est ipsum non ap-
parere sic patens est predicatio no-
tificationis non est per posteriora et in-
cognitum ymmo per priora et nota
¶ Ad illud quod obicitur quod in ea est
contrarietas quia prius debet dici
argumentum quam fundamentum ab hac
quod intellectus precedit affectum
dicendum quod et si actus intellectus
precedit actum affectus nichilominus tamen
impedit quod intellectus illud sequatur
affectum ut patet quando incli-
natur ad assentiendum alicui
veritati per imperium voluntatis

aliquid

et hoc modo dicitur est supremus
sive in actu fidei quod ideo habi-
tum virtutis quia assensus
ille est appropriatio voluntatis
et ideo apostolus rectissime ordi-
navit quando illud fidei quod respicit
affectum premisit ei quod respicit
cognitionem. ¶ Ad illud quod obicitur de
defectu sufficientie quia debet dif-
finiri per diligenda sicut per spe-
randa ita per timenda sicut per futura
etiam patet responsio quia quamvis fides
sit de preteritis et futuris similiter
etiam de desperandis et amandis
de speculandis est tamen
de fine ad quod tendit et per hoc
quod diffinitur hic fides per comparationem ad
finem et complementum tocius edi-
ficii spiritualis datur per quod in-
telligi eiusdem edificii tota
subiectum et per hoc patent illa
duo obiecta patet etiam quod magis
dicitur esse fundamentum verorum speran-
dorum quam credendorum vel timen-
dorum per hoc etiam quod dicitur sperandorum
magis datur intelligi finis
virtutis qui est ipsa beatitudo
consecuta quam per hoc quod dicatur
credendorum vel amandorum vel timendorum
nam isti actus non tendunt
sunt in fine sed circa ea que
sunt ad finem.
Quoniam queritur de fide infor-
mi circa quam queruntur
quatuor. ¶ Primo queritur de eius quidditate
¶ Secundo queritur de eius origine ¶ Ter-
tio queritur de eius subiecto ¶ Quar-
to de eius duratione ¶ Quinto et

ulterius de eius informatione

Circa primum sic proceditur et queritur de fide informi quantum ad genus suum utrum videlicet sit in genere virtutis aut non et quod sit in genere virtutis videtur primo per illud quod dicit Augustinus in libro qui intitulatur ab aliquibus dena inuocata dicit etenim virtutes possunt bonus et malus esse quos sola dilectio est propria et specialis virtus propria atque sancta ergo fides est virtus communis bonis et malis sed in malis non reperitur nisi fides informis ergo fides informis est virtus. ¶ Item secundum quod vult philosophus circa difficilia et ardua necessaria est in homine vel intellectu ars et virtus sed articuli fidei difficiles sunt ad credendum ad hoc quod faciliter credantur necessaria est ars et virtus sed fides informis facit articulos faciliter credi sicut patet in multis peccatoribus ergo fides informis vel est ars vel virtus sed non est ars nec scientia ergo relinquitur quod sit virtus. ¶ Item maioris difficultatis est credere articulos fidei quam continere ab actu libidinis quia illud potest vir ex voluntate hoc autem scilicet credere non potest nisi supra se elevetur sed continentia est actus virtutis ergo et credere sed illud est credere fidei informis ergo etc. ¶ Item quod directe opponitur vicio et peccato virtus est sed habitus fidei informis directe opponitur ipsi heresi et infidelitati que sunt vicia et peccata nec potest tunc eis stare ergo necesse est fidem informem esse virtutem. ¶ Item humilitas qua quis humiliat se vel affectum suum sub mandatis divine maiestatis habet rationem virtutis ergo pari ratione et illa humilitas qua quis se humiliat sub regula divine veritatis etiam preter caritatem habet rationem virtutis sed fides informis est humilitas sive quedam captivatio intellectus in obsequium Christi ad assentiendum in omnibus articulis ergo fides informis est in genere virtutis. ¶ Sed contra Jacobi ii fides sine operibus mortua est sed nichil quod est mortuum habet in se rationem virtutis si ergo fides sine gratia et caritate caret operibus virtuosis fructuosis et sic mortua est iam ergo non habet rationem virtutis. ¶ Item sicut dicit Augustinus et habetur supra in secundo libro xxvii virtus est bona qualitas mentis qua recte vivitur qua nemo male utitur sed fide informi male vivitur et multi non recte utuntur ergo fides informis sub genere virtutis non continetur. ¶ Item omnis virtus aut est cardinalis aut theologica si ergo fides informis est virtus aut est cardinalis aut theologica sed non est theologica cum non tendat in deum non est cardinalis cum non sit circa bonum creatum ergo non est in genere virtutis. ¶ Item

qui unus hereticus credit x
articulos et alios discredit
quamvis illi articuli sint pari ra-
tione et fides qua credit
illos non dicatur virtus esse ergo
si eadem fide qua creduntur x
articuli sunt et omnes credi videtur
quod fides informis in malis
christianis nullo modo tenet rationem
virtutis. Item cum discipulus
credit et assentit magistro in hiis
que sibi non videntur et sunt
supra suum intellectum quamvis as-
sentiat in hiis que sunt supra
se non tamen illa credulitas
dicitur esse virtus ergo pari ratione vi-
detur quod homo non indigeat aliqua
virtute ad hoc quod ipsi superne veri-
tati assentiat sed fides informis
nichil aliud facit nisi quod facit
assentire superne veritati supra se
et super omnia ergo videtur quod fides
informis non sit virtus. Ad quartum
R° dicendum quod virtus dupliciter accipitur
uno modo dicitur aliquis habitus et
virtute perfecte videlicet et quasi proprie
ut nunc dicitur virtus recta ratio
perducens ad finem et hoc modo vir-
tus est principium operis merito-
rii et dicitur solummodo de habitu in-
formato sine quo non conve-
nit pervenire ad finem glorie. Alio modo
homo dicitur virtus quicunque habitus
c. potentia rectificans potentiam aliquam recti-
tudine iusticie et vigorans
eam circa opus difficile quamvis
non perducat eam in finem et
hoc modo accipiendo virtute habitus pol-
liciti informes dicuntur esse vir-
tutes hoc modo fides infor-
mis que quidem est in malis
christianis bene esse in genere vir-
tutis. Ipsa enim habitus quidam
non rectificat intellectum humanum
dum captivat in obsequium christi
ad assentiendum superne veritati supra
se et super omnia. Vigorat etiam
ut credat vera non dubitanda
et vitet erronea et falsa
sicut apparet in multis christianis
carentibus caritate qui libenter
et humiliter audiunt verba spectancia
ad doctrinam fidei et constanter
et viriliter abhorrent hereticam
pravitatem et sic concedi potest quod
fides informis sit in genere
virtutis secundum quod nomen virtu-
tis accipitur large et extenditur
ad habitum rectificantem et vigo-
rantem potentiam in hiis actibus
circa quos consistit sua iusticia
et quia hii non perducunt animos
ad perfectionem ultimam ideo concedende
sunt. Ad illud quod obicitur quod fides
sine operibus mortua est dicendum
quod non dicitur mortua quia ca-
reat omni utilitate et efficacia
sed quia caret vita gratuita
que est vita perfecta et ideo
propter hoc non potest concludi quod non
sit simpliciter virtus sed quod non sit
virtus perfecte dicta. Ad illud quod
obicitur quod virtus est qualitas
bone mentis etc. dicendum quod Augustinus
ibi diffinit virtutem perfecte dictam
sive virtutem gratuitam et hoc modo
concedendum est fidem informem non

continui sub virtutis genere posuit ty-
non sequitur nullo modo ad continui
sub virtutis genere secundum quod virtus
large accipitur ymmo est ibi locus
sophisticus consequentis ¶ Ad illud quod obicitur
quod omnis virtus aut est cardina-
lis aut theologica dicendum quod illa divisio est
virtutis formate secundum quod ibi
accipitur virtus cardinalis et
theologica et sic fides informis
non continetur sub genere virtutis posset
tamen dici quod sicut fides infor-
mis habet rationem virtutis incomplete
sic habet rationem virtutis theologice quia
quodammodo in deum dirigit hominem
incomplete ¶ Ad illud quod obicitur
de heretico quod credit x articulos
dicendum quod si hereticus habeat aliquam ha-
bilitatem ad illos credendos illa ha-
bilitas habilitas et credulitas
non debet dici virtus quia nec
perfecte rectificat nec vigorat
non rectificat propter hoc quia non
captivatur intellectus eius ple-
ne in obsequium veritatis similiter
non vigorat quia per illam non
resistitur facilitati opponendi veritati
a et hec duo requirebantur ad hoc
quod habitus sortiretur nomen et rationem
virtutis non sic autem est de fi-
de informi que est in malis
christianis quia ipsi assentiunt
et adherent prime veritati propter
se et super omnia ita quod in illo
habitu est rectificatio et vigor
et cohibet quedam perfectio unde
sola illa fides informis est
in genere virtutis qua credunt
articulos vel complexe vel im-

plicite que etiam resistunt ad-
versos hec enim sola est que
habet ipsam quandam perfectionem recti-
tudinis et vigoris ¶ Ad illud
quod obicitur de discipulo assentiente magistro
quod non indiget habitu virtutis
dicendum quod non est simile quia cre-
dulitas illa qua discipulus
assentit magistro ita potest esse cum
falsitate sicut cum veritate propter
quod magister omnis potest verum et falsum
asserere non sic autem est de cre-
dulitate qua quis assentit prime
veritati que nullo modo potest esse nisi
nisi in veritate et rectitudine
et ipsa hoc quia deest est recti-
ficativa mentis et credulitas qua
christianus assentit deo est vera
salutis ita quod nullo modo deest or-
dinatio ad appetitum boni ideo ma-
gis sortitur nomen virtutis quam
illa credulitas qua discipulus
assentit magistro que quandoque potest
esse erroris etc.

Secundo queritur de fide infor-
mi quantum ad originem et
queritur utrum fides informis sit habitus infusus
i. Cor. xii alii datur fides in eodem
spiritu etc. et constat quod apostolus
ibi loquitur de donis gratie
gratis datis ergo loquitur de fide
condistincta caritati et hec est fides
informis ergo fides informis
est a spiritu sancto ¶ Item i Cor.
xiii Si habuero fidem ita ut
montes transferam ibi glossa que
fides dei donum dicitur potest
quia in malis quedam dona dei
sunt si ergo illa est fides

informis ergo fides informis
est donum dei ¶ Item Ro. viii.
Non accepistis spiritum servitutis iterum
in timore sed adoptionis filiorum. Sed secundum
glossam est timor servilis et filialis
et uterque est donum spiritus sancti. Si ergo
timor servilis est donum spiritus sancti et
timor servilis oritur ex fide in-
formi, ergo fides informis
est donum spiritus sancti. ¶ Item per
multa habitum naturalem vel adqui-
situm elevatur intellectus supra se
sed per habitum fidei informis ele-
vatur intellectus supra se ut
apprehendat que naturaliter sunt supra se et
supra naturam ergo habitus fidei in-
formis non est adquisitus
vel innatus et est adquisitus
vel innatus vel infusus ergo est
habitus infusus ¶ Item quod pat-
ratur que sunt contra naturam
nec est a natura nec est ab adqui-
sitione sed habitus fidei informis
patitur una alia facta sicut
per exempla clarum quod mala fa-
ciunt in alia et ex opposito dicitur Math.
vii. et i. Cor. xiii. Igitur fides
informis nec est innata nec
est adquisita, relinquitur ergo quod sit
infusa ¶ Sed contra Ro. x. ergo
fides ex auditu sed que nomi-
nus audiendo ab aliis nomi-
nus per adquisitionem ergo si fi-
dem habemus per auditum fidem
habemus per adquisitionem ¶ Item
Aug. quod credimus debemus auctoritati
quod intelligimus rationi sed doctrina
que doctrina auctoritate aliene in-
nititur ab alio adquiritur. Ergo

cognitio fidei innititur auctoritati
videtur quod per adquisitionem habeatur in
nobis omnis ¶ Item alias vir-
tutes informes possumus habere per
adquisitionem sicut continentiam et in-
fantia ergo pari ratione videtur quod et fi-
dem informem per adquisitionem
simul possumus habere ¶ Item ali-
quis tuscientes de fidelitate ad
heresim credit aliquos articulos
fidei et hic quidem sine aliqua in-
fusione habitus cum deus non in-
fundat heresim sed propterea adqui-
sitionem doctrine sed qui ratione
per cognoscere unum articulum eandem
ratione potest cognoscere alium ergo si per
adquirere potest cognoscere aliquos ea-
dem ratione videtur quod possit cognoscere
omnes ergo videtur quod fides informis
de omnibus articulis per adquirere possit
haberi ¶ Item si fides informis
est habitus infusus cum habitus
infusi ita infundantur parvulis
sicut adultis ita erit habitus
fidei informis in parvulo baptizato
sicut est in christiano iam perfec-
to sed in christiano iam perfecto si
peccet mortaliter nichilominus tamen
remanet in eo fides informis
esto quod nichil ultra addiscat
ergo pari ratione parvulus si peccet
cum ad adultam etatem pervenerit
fidem informem habebit si nichil
ab aliis doctus et hic est mani-
feste falsum quia si talis poneretur
inter sarracenos antequam aliquid
didicisset nichil plus haberet de fide

quam si nunquam baptizatus fuisset. Ad propositum intelligentiam enim quod cum credere sicut dicit Augustinus sit cogitare cum assensu, ideo ad hoc quod habitus fidei plene et integre habeatur necesse est quod intellectus instruatur de credibilibus ut possit illa cogitare et inclinetur ut possit illis assentire. Et primum quidem est materiale in fide, secundum vero est formale et utrumque requiritur tam in fide informata. Non enim dicitur informis quia careat omni forma sed quia careat forma gratie gratum facientis. Cum ergo queritur utrum fides sit habitus acquisitus vel infusus, dicendum est quod si loquamur de fide quantum ad id quod est materiale in ea videlicet quantum ad cognitionem illorum quorum cognoscimus que sunt articuli fidei et ceterorum quod est quasi materiale dicitur sic concedendum est quod fides est per auditum et per acquisitionem secundum legem communem, nemo enim scit que et quot sunt articuli fidei nisi didicerit vel audiendo vel legendo nisi forte hoc habeat per privilegium speciale. Si autem loquamur de fide quantum ad formale videlicet quantum ad id quod facit assentire, sic dicendum est quod quedam fides informis est per acquisitionem, quedam per infusionem. Nam quidam assentiunt veritati audite motu humana persuasione ut propter amorem et reverentiam docentis vel propter miracula vel propter rationes et argumenta

et talis fides est simpliciter acquisita nec dicenda est habere rationem virtutis quia nullus est impossibilis nec roboris publicata de medio propter humana ratione. Quidam autem assentiunt veritati fidei propter divinam illustrationem sicut illi qui innituntur prime veritati super omnia et propter se sicut multi christiani qui non habent caritatem et in talibus fides est per infusionem voluntarie cum assentiunt gratie divina illuminatione. Illuminatione enim quod ratio elevat in hiis que sunt supra rationem, unde sicut illuminationem ad futura vel cognoscenda dicimus esse infusam, propter hoc quod in ipsa cognitione anima super ea que sunt ei naturalia sic intelligendum est et in parte ista. Concedendum est igitur fide informe secundum quod virtus est esse donum divinitus collatum et habitum infusum, unde concedende sunt omnia rationes que hoc ostendunt. Ad illud ergo quod primo obicitur in contrarium quod fides est ex auditu dicendum quod illud dicitur de fide non ratione eius quod est formale et completivum sed ratione eius quod est materiale ut patet ratione huius cognitionis quia cognitio quod est quasi materialis dicitur que quamvis non habet nec in fide formata nec in informi nisi per acquisitionem aliter. Vel dicendum aliquibus esse dicendum quod illud verbum apostoli intelligitur de fide informi que innititur humane rationi que quidem non habet hoc rationem virtutis. Ad primum

modus dicendi verisimilior et in consideratum intellectum apostoli. Ad illud quod obicitur quod credere debetur auctoritati dico quod credere secundum quod est actus fidei virtutis debetur auctoritati non tantum humanae sed auctoritati divinae cui quidem auctoritati nemo assentit prout oportet et sicut anima nisi per divinam illuminationem et sic talis credulitas non est acquisita sed infusa. Illa non credulitas quae innititur verum creatae principaliter non spectat ad ipsam fidem secundum quod fides est virtus et de hac verum est quod potest esse acquisita. Unde attendendum est quod dupliciter aliquis potest inniti per fide sacrae scripturae: sacrae aut quia credit sacram scripturam a spiritu sancto fuisse inspiratam et editam spiritu sancto quod dicit II Petri I spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines et sic talis credulitas spectat ad fidem virtutem. Aut ideo credit sacrae scripturae quia plures sunt concordantes aliquorum sententiis nolunt credere et homines humana ratione probat communiter nec est talis credulitas fidei virtutis sed potius consideranda acquisita. Ad illud quod obicitur quod aliae virtutes informes fiunt per acquisitionem dico quod non est simile pro eo quod actus aliarum virtutum concordant ipsi rationi secundum naturale dictamen unde ratio naturalis dirigit ad opera virtutum moralium. Non sic autem est de fide quae dirigit ad aliqua credenda

Nota

quae sunt supra et contra et supra iudicium rationis ideo non sic probatur eius acquisitio secundum quod aliae virtutes morales. Ad illud quod obicitur quod aliquis de infidelitate conversus adhesionem acquirit cognitionem aliquorum articulorum dico quod non est simile quia sicut idem ipsum potest amari amore divinitus infuso et amore connato et similiter sic et intellectualiter refert utrum aliquid sit ut praeciatur sic etiam intelligendum est de cognitione quod idem ipsum aliter et aliter potest credi vel ex persuasione rationis humanae vel ex illustratione veritatis aeternae et haeretica quamvis si cognoscit aliquos articulos hoc est ex quadam persuasione humanae rationis proprio sensu suo et si secundum illam omnibus articulis fidei assentiret adhuc tamen virtutem fidei non haberet cum est intellectum in captivitatem obsequium Christi. Ideo non est simile de cognitione articulorum in vero fideli et in vero infideli et propter hoc non sequitur quod si illa cognitio in haereticis est acquisita quod propter infidelibus non sit infusa. Vel dico tamen de fideli et catholico fiat haereticus et remaneat sibi cognitio alicuius articuli non habet tamen per acquisitionem nec tamen dicendum est haec veritate quia illuminatio prior permixta est quod non sic tamen errores et ideo non

pfectam qpetente virtuti ¶ Ad 2^m^ q obicit de paruulo qui credit vadit de gracia antequam ad de fide acquirat Dicendum quod paruulus habet ħitum fidei quantum ad id quod est in ea formale hoc est aliquid quo paruulus erit et facilis ad assentiendum omnibus articulis fidei si ei proponantur cum ad adulta etatem peruenerit caret tamen ea cognitione que est materialis respectu fidei sine si illud fuit forte possit ut animabus paruuli infundi non tamen potest radicam et stabiliri et perfici si cum ad adulta etatem peruenerit proponatur ei cuius pubicone credibile facaliter compollitur ħitus fidei et ita de facili assentiat ac si ħitum fidei nunquam ħuisset propter quod licet ar ppter assuefactionem nescit illo uti et ille ħitus non sunt impo radicatus quamuis esset in ea infusus de hac autem in quarto libro ħetur sufficit

Tercio quibus de qstio fidei informis et est quo utrum fides informis sit in demonibus et quod sic videtur Jacobi ii demones credunt et contremiscunt si ergo fides que est que est principium timoris hec est fides que est virtus informis videtur quod fides sedum quod est virtus sit in demonibus ¶ Item super illud Ro. 1 iusticia dei reuelatur ex fide in fidem glosa fides demonum est et nacturam opiniorum ſʒ in eis que sunt nacturam ſpeciam est fides informis tamen in ſpeciali quo et in demonibus ¶ Item Mar. 1. quid nobis et tibi ihesu nazarene et sepe in euangelio demones clamabant christum esse filium dei ſʒ constat quod omnes diuinitate non potant ita et hoc est proponens quod deus fiet homo ergo videtur quod hoc non nauant nisi cognitione fidei quo videtur quod ħent fidem ¶ Item cognitio veritatis et virtutis super hac est sicut in primo libro ſʒ demones cognoscunt deum certum et unum ut est cognitio fidei ut est cognitio ſʒ qphorum s. cum ergo demones non ħeant cognitionem comprehensionis de ipsa trinitate ħabent ergo cognitionem fidei ¶ Item super illud ii Cor. vi quę conuentio christi ad belial dicat glosa sicut christus anima bona sic dyabolus anima mala ſʒ credere fidei informis est actus virtutis et actus bonus s. ergo si demon est anima mala facere videtur quod actum non spectat christum credere ergo nec ħic fidem informem ¶ Item fides informis est ħitus infusus et donum dei si ergo demones ħent fidem aut infusa est eis ante lapsum aut post lapsum non quia tunc non erunt in statu in quo est eis fides

operatione post lapsum non quia
tunc obesti sunt ut dona dei
non sunt restituere ergo si amisit
habitum fidei infusum
et fides informis est per infusi
onem non ergo habet fidem infor
mem ¶ Item credere quod est actus
fidei informis est voluntarius
quia cum certa possit homo
nolens credere non potest nisi vo
lens sed demones quod est contra
per voluntatis sue repugnat
cum veritati et cum bono si igitur
ipsa fides informis facit cre
dere voluntarie videtur quod demones
non habeant ipsam ¶ Item fides
informis est principium timoris
servilis et timor servilis facit peccatum
fugere si ergo fides infor
mis esset in demonibus esset in
eis saltem aliquam peccata si ergo
nullo peccatum fugiunt videtur quod habi
tus informis in eis non reperiatur
¶ Respondeo dicendum quod sicut predictum est
fides informis dicitur duobus
modis ¶ Una dicitur intus pure vir i mitit
tute propter se cognitus in ipsam non
tendat amandum ¶ Alia est fides
informis que i mitit ipso veri
tati articulorum propter aliquam causam creatu
ram et prima quidem dicitur fides
informis quia non caritat for
ma fidei secundum quod est virtus sed
solum secundum quod est virtus gratuita
et de hac dictum est primus quod est
habitus virtuosus et habitus infu
sus ¶ Secundo non dicitur fides in
formis quia caret forma fidei

et secundum quod virtus est et secundum quod
gratuita est ¶ Nam illa credu
litas qua quis assentit ar
ticulis propter causam creatam principaliter non
solum caret intentione habitus gra
tuiti sed etiam intentione habitus
virtuosi ¶ Nullus enim virtutis
videtur esse credere eis quibus credu
litatis persuasioni quod videtur
si igitur sic fides non accipiatur infor
mis fides sic cantendi potest
tam reperiri in demonibus sicut
enim aliqui naturali et credulita
tem diversis et credulitatibus
que quidem fides potest sic dici sed
credulitas propter quod id non est in
eis nisi aptitudine et illa quidem
cognitio potest esse sunt eis indita
a prima conditione per quod est con
quisitione aptum cum contra
sua habent cognitam aliquam de
articulis pertinentibus ad veri
tatem que et si tamen non merito
dici fides ymo potius cog
nitio contemplativus propter al
tissima cognitionis potentie sed nunc
ante contra cognitionem subsequente illa
cognitio meruit dici fides tan
tis cognitio cognita de hiis que
spectant ad divina quod autem
ad articulos spectantes ad hu
manitatem est in eis cognitio de
quisita per multa miracula et
experimenta et quod concerta necessitate
quadam dum eam demones
videant apte eos qui ipsum cre
dunt et ei conformant non pos
se dubitare manifesta veritate
cogunt credere fidem credentium

in xpistum verum esse ac per hoc
per eius credunt unum esse verum
que xpiani credunt et quoslibet
articulos fidei sicut ipse quod dicit beatus
Iacobus quod credunt et contremis-
cunt. Si non loquimur de fide in-
formi secundum quod accipitur pro mo-
do videlicet est habitus utrorumque
et habitus infusus et eciam
voluntarius. Unde et si re-
periatur in hominibus naturaliter
tamen non potest reperiri in de-
monibus tum quia ipsi non
sunt apti ad suscipiendos ha-
bitus infusos. tum quia vo-
luntas eorum magis prona est
ad impugnandum veritatem fidei propter pie-
tatem quod ad assenciendum et evi-
dencie sunt racionis que hoc oste-
dunt. Ad illud vero quod obicitur
in contrarium de dictis Iacobi et
de glosa quod informis qualitas
est in demonibus dicendum quod in utrisque
quod fides sed tamen aliter et aliter sic-
ut dictum est xpiani cum no-
minetenus voluntarie assenciunt
et illa fides potest eis esse meritoria
ad virtutem et quodammodo vetti-
ficat eorum mentem et si non
plene non sit autem est in de-
monibus quia ipsi credunt
coacti et quasi tamen quodammodo inviti
mune. Ad illud quod obicitur quod
confitebantur xpistum esse filium
dei dicendum quod sicut dicit Augustinus in libro
de civitate dei. Ipse xpistus innotuit
demonibus non per illud quod e-
ternitas et lux sed per quedam sue
virtutis effecta unde quia ipsi
videbant multa xpisti virtutem
in suis effectibus cui nullatenus
possent resistere cognoscebant
ipsum non purum hominem sed eciam
deum esse. Illa tamen credulitas
non erat fides informis quia
quod fides informis est virtus
quia non adherebant ipsi prime
veritati ipse sed Ad illud quod obicitur
quod cognoscebant deum esse
trinum et unum dicendum quod illa cog-
nicio in demonibus erat derre-
licta ex acumine quam habent in propria
sua condicione secundum eum quod
dicit dyonisius in libro de divinis nomini-
bus capitulo iiii data demonibus dona
nequaquam ipsa mutata esse
dicimus sed sunt integra et splendidissima
quamvis ipsi non videant clarita-
tes in se divinas et spectaculares
virtutes et sic non oportet in demo-
nibus ponere habitum fidei infu-
sum tale noticia habent a per-
petuali sua condicione licet cum
habeant quodammodo invincibilem virtutem ipse
suorum motuum obiectacionem oblectacionem

Quarto queritur de ipsius
fidei informis duracione
et est quod utrum fides in-
formis animo compellatur per ad-
ventum gracie et quia sic videtur
melior est conveniencia fidei for-
mate ad gloriam quam sit fidei
formate ad fidem informem per co-
quod gloria est aliud quam gra-
cia consummata sed gloria superveni-
ens evacuabit habitum fidei
formate sicut vult apostolus

pro superveniente fide formata
tollitur fides informis et eva-
cuatur ¶ Item maius lumen ab-
sorbet minus lumen ergo si lumen
gratie gratum facientis superveni-
at in equali lumen gratie gra-
tis date videtur ergo quod fides in-
formis per gratiam supervenientem
habeat expelli ¶ Item fides infor-
mis nunquam est nisi in peccato-
re et in anima in qua est fides for-
mata sed gratia gratum faciens
nunquam potest esse cum peccato ergo
nunquam potest esse cum fide infor-
mi ergo necesse est in adventu
suo expellatur ¶ Item aut lu-
men gratie gratum facientis suf-
ficiat ad credendum aut non si non
ergo gratia gratum faciens non suf-
ficit ad promerendum salutem si suf-
ficit superfluum erit facere per plura
quod potest fieri per pauciora ergo videtur
quod superveniente gratia gratum faci-
ente superfluit habere fidem infor-
mem ¶ Item omnes virtutes
simul infunduntur ergo cum infun-
ditur caritas infunditur fides
formata sed impossibile est duo ac-
cidentia eiusdem speciei esse in
eodem subiecto ergo impossibile est duas
fides esse in eadem anima ergo
necesse est fidem informem ex-
pelli ad adventum gratie ¶ Sed
contra gratia non expellit nisi cul-
pam vel quod est ad culpam sed fides
informis nec est culpa nec
quod ad culpam ergo fides infor-
mis non expellitur a gratia pre-

veniente ¶ Item sicut se habet
actus ad actum ita se habet habitus
ad habitum sed gratia gratum faciens
facit credere in deum gratia autem
gratis data facit deo credere
si igitur credere in deum non expellit
credere deo sed potius presupponit
videtur quod gratia gratis faciens non
expellit fidem informem ¶ Item
magis conveniunt dona infusa
cum infusis quam infusa cum
acquisitis sed gratia gratum fa-
ciens infunditur non expellit ha-
bitus acquisitos ergo multo fortius
non expellit habitum fidei infor-
mis qui est infusus ¶ Item
sicut se habet culpa ad fidem for-
matam ita se habet gratia ad fidem
informem sed culpa cum superindu-
citur et si expellat formam
fidei non tamen expellit ipsam
fidem quia etiam facit hominem
infidelem ergo pari ratione gratia gratum
faciens cum superinducitur et si
tollat informitatem fidei non
tamen tollet ipsum habitum ¶ Item
si habitus fidelis informis
tolleretur in iustificatione impii ergo cum
aliquis redimatur impius aut
efficitur infidelis aut datur ei
novus habitus fidei si infide-
lis non efficitur sicut patet nec no-
vus habitus datur quia non
decet non peccanti in ipso actu
peccati infundi donum gratis
datum ergo non videtur quod habitus
fidei informis per gratiam super-
venientem habeat expelli ¶ Ad
predictorum intelligentiam notandum est

quod tunc dicto fidem in formem
duo tria videlicet habitum et ipsius
habitus usum et defectum amicicie
sive caritatis principium sufficien-
ciente et sic habitum triplicem
modum intelligendi tres sunt
et opiniones ¶ Quidam enim
quod dicunt volunt quod ad superven-
iente fides informis compellitur
non solum quantum ad informatis
defectum sed etiam quantum ad usum
sed etiam quantum ad habitum et hoc
quod dicunt quod quia gratia
superveniens semper fert omnes
virtutes et quia non oportunum
est possibile in eodem esse duas
fides cum fides formata super-
inducta cum gratia et quantum ad
forme complementum et quantum ad
usum et quantum ad habitum et
ideo ad eius ingressum fides
informis omnino compellitur et
sic ponunt eam compelli [illegible]
possibilitate et incompatibilitate
et si tu obicias eis quod tunc
penitens efficitur homo infidelis
¶ Respondent dicentes quod deus sua
gratuita bonitate quia non permit-
tit hominem totaliter cadere infun-
dit ei habitum fidei informis
ne omnino pereat in eo fundamentum
spiritualis edificii unde sicut ex
malis eliciuntur bona sic contin-
git in culpe transgressione
aliam infundi habitum informe
¶ Sed quia illud non videtur
rationabile quia deus dona gratie
post peccatum et [illegible]

fundat in ipsa questione ¶ Secun-
dus modus est dicentium quod sicut
caritas non introducit habitus
informis sed introducit defectus
et illius credendi modus est
etiam principium non concludit
usus fidei informis habitus
sed solum usus et defectus et si
tu obicias quod frustra erit ha-
bitus sine usu dicunt quod non
frustra est pro eo quod cedit in dis-
positione respectu fidei formate
et per consequens ut homo vari-
tate habeat de eo in tempore oportuno
quod actus et usus fidei in-
formis est credere et assentire
prime veritati in omnibus auctoritati
et iste usus potissime competit
usui gratie cum aliquid non tollitur
nisi per suum oppositum non videtur
rationabile usque quaque dicere quod per
adventum gratie tollatur usus
fidei informis ut ponemus
videtur in ea perfici et compleri
¶ Et propterea tertius modus dicendi quod
videtur probabilior esse predictis quod
fides informis per adventum
gratie concluditur quantum ad solum
defectum salvo habitu et usu
¶ Et hoc quidem videtur sicut vult
gratia opponitur habitui illi in-
fuso solum ratione informitatis sic
habitus apparet per actionem con-
cedende sunt igitur rationes asse-
rentes habitum fidei informis
per supervenientem gratiam non compel-
li ¶ Ad illud quod obicitur in contrarium
quod maior est incoherentia fidei

for ad gloriam quam informis ad meritum. Dicendum quod maior convenientia dupliciter potest accipi aut secundum comparationem aliquam in genere gratuiti aut secundum ordinationem habitus ad actum. Si primo modo, sic maior est convenientia fidei formatae ad gloriam quam ad fidem informem quia utraque est gratiae gratum facientis. Si secundo modo, sic maior est convenientia est fidei formatae ad informem quam fidei formatae ad gloriam, pro eo quod actus fidei informis non habet oppositionem cum actu fidei formatae, sed actus fidei formatae quamvis sit certe non apparentia et inde propter credulitatem in enigmate mirum repugnantiam habet cum statu gloriae. Ideo non sic evacuavit sicut evacuatur. Hoc autem infra melius manifestabitur cum de evacuatione fidei agetur.

¶ Ad illud quod obicitur quod maius lumen absorbet minus lumen, dicendum quod illud non intelligitur de luminibus quae sunt ad invicem ordinata sed de his quae habent quandam oppositionem et repugnantiam, vel intelligatur absorbere quantum ad apparentiam et quoad lumen fidei informis ex dono habet ad lumen gratiae non apparens. Hinc est quod absorptio non absorbet sed magis in esse solidat.

¶ Ad illud quod obicitur quod fides informis non est in impeccabilibus et cum peccato, dicendum quod licet verum est ea ratione qua fides informis nominat defectum formae, non secundum quod nominat habitum. Et ideo possibile non potest concludi quod per gratiam advenientem tollatur fidei informis habitus sed solum quod tollatur informitatis defectus.

¶ Ad illud quod obicitur quod omnes virtutes simul informantur, dicendum quod verum est quantum ad illud quod est in eis formale quia advenit sive ad habitum sed substantialiter non habet veritatem in quo non invenit habitum in subiecto quae informat et ideo cum gratia adveniens invenit habitum fidei informis non oportet quod semper inducatur nova fides.

¶ Nec ideo illa in alio deficit quia gratia gratum faciens cum gratia gratis data non est eiusdem speciei et ita procedit contra suppositionem.

¶ Ad illud quod obicitur quod lumen gratiae gratum facientis debet sufficere ad credendum, dicendum quod sufficit gratia gratum faciens sed per suppositionem cum gratiae gratis datae dona. Cum gratiae gratum facientis non excludunt dona gratiae gratis datae, immo illa magis in suo adventu complent et perficiunt et quaedam non habentes inveniunt et perficiunt. Ideo non sequitur quod advenientem gratiam gratum facientem superfluit habitus fidei informis hic remanere et habitum informem propter hoc lumen gratiae gratum facientis sic insufficiens verum quia cum donum dei sufficiens est secundum secundum illud ad quod habet ordinem.

Quinto et ultimo quaeritur de processu fidei informis

formacione et est quod utrumque virtus adveniente gratia fides informis fiat formata et quia sic antequam aliquis peccat non habet nisi fidem formatam tunc autem peccat tunc incipit habere fidem informem si ergo in peccando non infunditur ei nova fides necesse est quod prima fides formata fiat informis si ergo fides informis ad fidem formatam videtur quod si aliquis restituatur in gratiam pristinam per adventum gratie quod fides informis fiat formata ¶ Item gratia adveniens informat naturam si ergo fides informis plus approximat gratie quam natura videtur quod per locum a maiori fides informis fiat per gratiam informata ¶ Item plus conveniunt habitus infusi cum gratia que est infusa quam habitus acquisiti sed habitus acquisiti per adventum gratie informantur quod patet quia in virtute caritatis et usu homo meretur ergo multo fortius habitus fidei informis formatur per ipsam gratiam supervenientem ¶ Item opera mortificata per adventum gratie vivificantur secundum quod communiter dicitur ergo et pari ratione et habitus mortuus. Si ergo fides informis est huiusmodi videtur quod per adventum gratie fiat informata ¶ Item nichil aliud est dicere habitum unum vivum esse quam per illam mereri eternam vitam posse sed credere fidei informis quod est assentire prime veritati propter se et super omnia superveniente

caritate habet esse necessarium c ad naturam ergo videtur quod si actus eius est informis quod habitus sit vivificatus quod autem habeat esse quod necesse est ad naturam planum est quod ipsum genus operis deserere habet bonum et rectum et sit a caritate imperata ¶ Item omne id quod dicitur esse mortuum proprio de facto aliquo ipso superveniente vivificatur sed fides informis dicitur mortua ob defectum gratie et operum fructuosorum ergo ipsis supervenientibus reviviscat. Sed tunc reviviscat fortior ergo fides informis fit formata et hoc est quod habetur in glossa super illud Jacobi ultimo fides sine operibus mortua est glossa reviviscit cum operibus fides ¶ Contra si fides cum operibus reviviscat ergo cum adventu operum habet vitam et formam sed quia nullum peccatum potest fieri formatum ergo nulla virtus potest fieri informis ergo fides formata non potest fieri informis. Pari ratione nec informis potest fieri formata ¶ Item nullum opus mortuum potest fieri vivum opera enim que in peccato fiunt nunquam reviviscunt propter quod non sunt digna remuneratione vite eterne. ergo si fides informis mortua est videtur quod per gratiam non habet vivificari. ergo nec informari ¶ Item nullus actus potest alterari secundum quod vult [illegible] Sed fides informis est

actus ergo alteram non potest sed oportet
quod de informi sit formata al
teram ergo impossibile est fidem fieri
formatam. ¶ Item quorum habitus qui sunt
diuersa gratie non potest fieri unum per
essentiam sed fides formata dicit habitum
unum per essentiam ergo impossibile est quam
constare ex gratia gratum faciente
et gratia gratis data. si ergo fi
des informis est donum gratie
gratis date non quod impossibile sit
ipsam fieri formatam superueniente
gratia. ¶ Item fides informis
per aduentum gratie non consumitur
uel amittitur. ergo si per aduentum gra
tie efficiatur uirtus formata erit
fidei quod sit formata sed ergo ullo
genere erit species fides non est
species uirtutis preter dictum quod si hoc est
falsum quare et illud. Quoniam sequitur in
uelim quod habitus fidei informis
per aduentum gratie formetur. ¶ Ite
rum sicut se habet anima ad potentias suas
sic se habet gratia ad uirtutes sed quando
tenuiterque anima infunditur secum
fert potentias ergo quotiescumque
quod infunditur gratia fert secum uir
tutes suas ergo cum infunditur
gratia infunditur simul fides forma
ta ergo fides formata non est
eadem cum illa que prius erat
in anima. ¶ Et sic hoc restat quod fides
informis per aduentum gratie non
formatur. ¶ Ad horum in
telligentiam est notandum quod preter illas
positiones que dicebant fidem in
formem et ad aduentum gratie con
cludi secundum illos qui dicunt ipsum

habitum fidei informis remanere
cum gratia superueniente triplex
est ad hoc modus dicendi. ¶ Quidam enim di
xerunt quod habitus fidei informis
non formatur aliqua superueniente
nec ab aliquo quod sit aliqua uel cum
gratia. ¶ Alii non dixerunt quod habitus
non formetur aliqua formatur
tamen ab aliquo quod infunditur simul
cum gratia. ¶ Tertii non dixerunt
quod ipse habitus fidei informis
formatur ab ipsa gratia. Isti autem
horum diuerse positionis est propter diuersum
modum intelligendi infusionem gratie
et uirtutum. ¶ Quidam enim dicere uolue
runt quod sicut anima est per totum
possibile recipere suarum uirium et cum
infundit anima simul secum portat
suas potentias et cum egreditur simul
trahit. ¶ Sic et de gratia dicere uolue
runt quod gratia simul secum fert uirtu
tes ipsas quibus informatur possibile
simul et secum trahit unde illa
uirtus formata efficiatur informis
nec aliqua informis efficiatur for
mata. ¶ Infunditur enim quelibet uirtus
plene et integre cum ipsa gratia
ita quod nichil contingens intrat con
cursus nec quantum ad materiale nec
quantum ad formale. ¶ Sed quia experi
mento uidemus aliquam uirtutem
quantum ad illud quod est materiale
minime infundi ut contingit uidere
in paruulo baptizato qui post gratie
infusionem indiget ad hoc articulos
fidei erudiri ad hoc quod in actu
fidei operari non. unde iste modus
intelligendi infusionem gratie et uir

tutu anime et quiescens unde
licet quod tunc ipsa gratia virtutes
infundat anime quantum ad ipsarum tota
litatem et integritatem hoc est quantum
ad illud quod est in eis materiale et for
male ¶ Supra alius modus
est intelligendi infusionem gratie
quod cum ipsa gratia infundi forte
anime virtutum in genere gratuiti quod
quidem essentialiter differt ab ipsa gratia
sicut potentie anime essentialiter differunt
ab eius substantia et illud quod formale
virtutis simul libere infuse cum
gratia potius est per materiale educere
de potentia in actum. Si non sit adhuc
in actu eductum. Si non iam est
in actu eductum potest ipsum facere
gratuitum et vivum et illi dicunt
et sentiunt quod habitus fidei infor
mis formatur per ipsam virtutem fidei
que simul cum gratia infunditur
et simul efficit informe quod et
quod formale fuit in fide sed cum
gratia recedit et expellitur et
secundum hoc ponunt gratiam generaliter virtutis
gratuita differt ab ea qua
anima dicitur deo grata. Sed quia in
una anima una sola est gratia
gratum faciens secundum quod in secundo
libro dictum est sunt per quam accep
ta est deo anima et omnes potentie
¶ Item est adhuc tertius
modus dicendi et intelligendi in
fusionem gratie et virtutum quam in
genere probabilior et facilior quam
precedentes videlicet quod ipsa gratia gra
tum faciens comparatur ad habitus vir
tutum substractos sicut comparatur

lux ad colores in luce tamen est
dicendum quod lux ista corporalis non
ita efficaciter potest colores educere
de potentia in actum quantum ad esse quod
habet forte color in genere coloris
secundum quod ipsa gratia existens
in ipsa anima potest facere consimiles
habitus virtutum. Ipsa enim gratia
adveniens in animam adveniente
habitibus virtutum se habet sicut ori
ginale principium corporis quantum ad esse
primum. Unde sicut per lumina in
fusa terre habita in se seminaria
facit eam germinare donec ve
niat ad fructum completum. Sic
intelligendum est de gratia respectu
habituum ipsarum virtutum quantum
ad ipsarum esse primum. Non sic
autem potest facere lux super infusa
exterius respectu colorum sed si
comparemus colores ad lucem et
habitus virtutum ad gratiam gratum
facientem quantum ad esse secundum
ut potest quantum ad esse colorum
in genere lucidi et habituum in genere gra
tuiti. tunc est similitudo competens
ut sicut multi colores in
una domo tenebrosa existe
ntes efficiuntur luminosi per unam lumino
sitatem supervenientem et ab illa
informantur et decorantur et re
nitent. Sic habitus virtutum
informes existentes in anima
renitent et decorantur ab una
gratia superveniente et secundum hunc
modum intelligendi infusionem
gratie et virtutum facile est intelli
gere qualiter habitus fidei informis

forcitur per ipsius gratie adventum
dicam cum formari possit color
tenebrosus formatur ad lumen in-
gressum et sicut cum colore et lu-
mine super infuso non fit unum
per se sed unum per ordinationem quan-
dam Sic et cognitio gratuita
faciente et informi fide intelligi-
tur unum nisi secundum quandam or-
dinationem et relationem quia fi-
des informis per adventum gratie
incipit complete ordinari in fine
et indeum tendere et eidem complacere
Concedendum sunt igitur virtutes conce-
dentes fidem informem sed forma-
tam per adventum gratie ¶ Ad illud
vero quod primo obicitur in contrarium quod
nullum peccatum efficitur formatum
quia ratio dico quod non est simile ha-
bitibus cum est aliquid deformari
quam informari quia plura con-
quiruntur ad bonum quam ad malum
ideo non sequitur quod si habitus superi
virtutum possit obliquari quod
peccatum et vitium possit rectificari
et concordare tamen non sequitur
quod si peccatum non potest fieri formatum
quod virtus non possit esse infor-
mis Aliter cum potest dici quod peccatum
tantum dupliciter potest accipi videlicet
abstracte et concrete Si igitur ab-
stracte accipiatur impossibile est peccatum
posse formari cum sit materia
pura Si autem accipiatur concrete ut
dicat peccatum aliquam habilitatem anime
in qua est deformatio malicie
ut patet cum aliquis abstinet

propter inanem gloriam ipsa abstinentia
efficitur ei culpa sed non bone vo-
luntatis subtracti quam deformatur
a culpa potest informari agere et
per hunc modum dicitur virtute forma-
tam effici informem bone volun-
tatis subtracti qui indifferens
est ad statum culpe et gratie ¶ Ad
illud quod obicitur quod opus mortuum
non potest fieri vivum dico quod non est
simile opus cum transit nec ma-
net nisi in sua radice ideo impos-
sibile est aliquod opus vivificari
quod radice vincte ortum non superfit
et per tanto dicitur opera facta in cari-
tate posse reviviscere que autem
contra caritatem facta sunt vivi-
ficari non posse quia cum illa non
possit attingere tunc semper esse
ut impositum non sit autem est de
habitibus virtutum informium que
manent in anima post ipsius gratie
adventum et per ipsam gratiam pos-
sunt reviviscere et decorari et
in fine ordinari ¶ Ad illud quod
obicitur quod nullum accidens potest alterari
dico quod hoc est verum secundum propriam
imitationem sed large sumptis intelligere
alterationem sed in accidentibus vere
alterationes fiunt in subiectis sicut al-
bedo est clara modo et modo
obscura vere alterationes fiunt
in subiecto proprio et color non est
tenebrosus tenebrosus et modo
est luminosus vere transmuta-
tiones fiunt in proprio subiecto
Sic fides non est informis

modo est formata tamen albi[us]
fit in anima que non est gratiam
non potest ipsa per culpam. Ad illud
quod obicitur quod corpus que sunt diversorum
generum non fit unum per se unum ita
patet R° quia sicut predictum sunt in
formatis habitus informis vir
tutis acquisita non est per se essentiale
unum sed magis sicut quidam
ordinatorum et directorum inferiorum
non esse logicis actum non habet
unum et formam sed quod dicitur infor
mis esse in fidei et illud quod supra
inductum esse forma hoc est secundum
quandam comparationem sicut paries dicitur
est de lumine et colore unum sicut
quando dico colore illuminatum dico
duo. tamen per modum unius propter hoc
quod ordinantur ad unum actum videlicet
ad movendum visum. Sic quando dico fidem
formatam duo dico videlicet fidem
et gratiam tamen per modum unius
propter hoc quod ordinantur ad unum opus
meritorium scilicet ad credendum in deum.
Ad illud quod obicitur quod fides infor
mis non consumitur vel accidit
dicendum quod consumitur accidentaliter in genere nature
potest esse essentialiter in genere morum sicut
patet de aliquo actu qui propter naturam
alicuius circumstancie accidentalis est
in genere meriti et peccati est in
genere virtutis per hunc modum
est intelligendum in proposito quamvis enim
illi habitui accidat esse cum gratia
vel sine gratia essentiale tamen est
ei esse cum gratia prout est principium
meriti. Ad 5 ipse habitus fidei infor
mis cum gratia coniuncta tenet

ruinez
gratiam virtutis ideo forte non
potest concludi quin fides sit species gratie
virtutis tamen species gratie. Ad
illud quod obicitur quod sicut se habet
anima ad suas potencias sic se
habet gratia ad virtutes dicendum quod ista non
est omnino similitudo pro eo quod non
est tanta diversitas gratie
ad virtutes quantum ad earum prin
cipium formale sicut anime ad
suas vires quamvis in in secundo
libro quidam sunt qui sunt hoc
pertractata virtutes enim non
dicuntur esse virtutes gratie per
quas ipsa gratia operatur sicut anima
operatur per suas potencias. Nec est in
telligendum quod gratia sit in diversis
speciebus hoc enim ducunt in ymagine
stare in hac videlicet quod gratia dicta
ita veniat in animam et eius potencias
sicut anima venit in corpus et
eius organa tamen enim necessario
oportet quod gratia absente predictarum
compellentur omnes habitus virtutum
quibus secundum defert quod omnia compren
cia plenum est esse simile et ideo
vero illa non concludit quia accipit
simile quod valde est dissimile. Potest
autem accipi simile de infusione gratie
et virtutum et per lumina et terra
seminata sicut de informatione
virtutum acquisita accipit simile in lumine
et colore si enim una pluvia ad
veniat interius inquam sunt plan
tata diversa semina que non ger
minaverunt facit illam germinare
et secundum diversitate seminis diver
sas plantas producit si non ra
tionales germinaverunt sed ipse deferens aq

iam arefacte sunt plante et pluvia demum veniens facit illas plantas virescere. sic gratia adveniens in animam in qua sunt seminaria habituum virtutum facit iam germinare quia ipsa habitu habent vigores et virtutes et consequenter facit illa crescere quousque perducat ad perfectionem. et si contingat virtute peccati humorem gratie auferri habitus ille virtutum efficiuntur quasi aridi et per modum si restituatur pluvia et humor gratie non oportet quod anima iterum de novo germinet sed illa que germinant per humorem gratie advenientem iterum reviviscit sicut satis aperte intelligi potest qualiter gratia cum virtutibus simul infundatur in anima et quare alii simul dicuntur infundi quod habitus predicti sunt plantata in terra mentis rationalis copiose patet hoc ab aug. in multis locis et a B. in x. ca. de amore dei et in li. de collatione sanctorum patrum in aliis locis pluribus. quod quia tamen sit de hoc [illegible] quo ista alibi habet locum ad presens tamen sufficiat exposuisse de questione proposita quia inter [illegible] sententiam et opinionem ingredi illa pro videtur esse verior que dicit quod fides informis per adventum gratie fiat formata sive formatur ab ipsa gratia mediate vel immediate.

Post pre ista sunt declarationes circa textum et primo queritur de illa notificatione qua incipit fides est virtus qua creduntur que non videntur. videtur ista diffinitio non recte assignari quia Jo. xx. dictum est thome quia vidisti me credidisti constat quod thomas credidit non [illegible] fidei ergo ista diffinitio non convenit omni fidei. ¶ Item queritur quare magister dedit predicte notificationi [illegible] fidei que a diversis doctoribus assignantur. unde etiam quamvis uniuscuiusque rei unum sit esse et diffinitio est ratio indicans quid est esse. unde quod fidei virtuti tamen debet assignari diffinitio. queritur ergo per quid et quomodo differenter assignet. ¶ Ad [illegible] quod virtus fidei [illegible] intelligitur [illegible] considerari [illegible] notificari. consideratur enim fides quantum ad genus proprium et sic diffinitur ab aug. fides est virtus qua creduntur que non videntur. consideratur fides quantum ad finem ultimum et sic diffinitur ab apostolo fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium et hec diffinitio conplanatur a dam. in li. suo fides est rerum que sperantur hypostasis rerum credendarum que non videntur. consideratur tertio quantum ad obiectum et principium motivum et sic diffinitur ab aug. ad consentium fides est illuminatio mentis ad summam veritatem. consideratur in ecclesia quantum ad actum proprium et sic diffinitur a dam. fides est non inquisitus consensus [illegible] intellectus

vel secundum alios affirmative inquisitus
consensus quia in divinis turpla
tionibus utrumque reperitur et utro
que potest intelligi nec quia cum
videant dire apostoli una complanat
alteram tamen cum dicatur fides con
sensus inquisitus hoc est dire i.
consensus non quesitus et tamen
se tenet per naturam et tamen valet
quantum consensus non inquisitus
hoc est assensus quo quis libere
assentit veritati non intendens aliam
rem. Considerat etiam in ordine ad
scientiam et sic diffinitur ad quam in libro
de di. non c. vii. fides est luminum
credentium fundamentum eos collo
cans in veritate. Considerat etiam in o
pacitate adhesivus alios quantum
ad assentiendi modum et sic diffi
nitur ab hugone in libro de sacramentis fides
est certitudo quedam dubitatibus ab
sentibus supra opinionem et infra
scientiam constituta. Potest eciam
fides hic dividi nam secundum hoc
divisionem considerari videlicet in comparatione
ad genus suum ad finem ultimum
adolenum et ad actum suum ad scientiam
et ad lumen desperationem. Aliud
quam primo de thoma quia vidit et
credidit ubi quod aliud credidit secundum
veritate et aliud vidit secundum humanitate
veritate sed hic melius determinabitur
inferius cum agitur de obiecto fidei. Queritur
consequenter quod dicit quod fides
accipitur tribus modis videtur
enim quod insufficienter distinguat
aliam fidem videmus enim fide
aliquando accipi pro sua conscientia secundum quod
dicitur Ro. xiiii. omne quod non est ex
fide peccatum est quod non continetur sub

aliquo predictorum. Item hic queritur
quot modis fides dicatur. Dicendum
quod fides invenitur accipi x modis.
Aliquando enim accipitur pro sponsione
i. tertio v. primam fidem irritam
fecerunt. Aliquando pro fidelitate. Iere. vii. pe
riit fides et sancti doctrina. Aliquando
pro conscientia Ro. xiiii. omne quod non est
ex fide peccatum est. Aliquando pro sacramento
fidei secundum quod dicit Aug. ad
bonifacium quod non est aliud habere
parvulos habere fidem quam habere
fidei sacramentum. Item pro acceptione
quibus per verum probatur secundum quod dicit
Boecius. Argumentum est ratio rei dubie
faciens fidem. Aliquando pro magne
apprehensionibus secundum quod dicit Ro. i.
iustitia dei revelatur ex fide in fi
dem glossa in fidem spei que ex
fides quia fidentissima et certis
sima est. Aliquando pro habitu fidei in
formis Iacobi ii. fides sine ope
ribus mortua est. Aliquando pro habitu fidei
formate Ro. i. Iustus ex fide vi
vit. Aliquando pro actu fidei secundum quod dicit
Aug. fides est credere quod non vides.
Aliquando pro obiecto fidei secundum quod dicit
in symbolo anathasii hec est
fides catholica etc. Dicendum
autem hiis modis contingit dire
fidem secundum quandam analogiam
licet quod in omnibus reperitur quedam
ratio assensus et credulitatis quam
dam licet non uniformiter. De
hiis autem x modis inquirere solli
citus assunt quia illo sunt qui
faciunt ad suum propositum pro se
videlicet ad predictas diffinitiones
complanandas. Item queritur de hoc
quod dicit aliud est credere in deum

aliud est credere deo aliud credere
deum si enim habitus distinguuntur
per actus videtur quod non sit una
fides anima ista facit secundum diversos
quod falsum est quia una fide anima
hec tria facit. ¶ Item videtur
quod male diffiniat credere in deum
cum dicat quod credere in deum est cre-
dendo amare etc. ¶ Si enim credere
et amare sunt actus disparati
videtur quod unus per alterum non habet
diffiniri. ¶ Item videtur contra intel-
lectum aliorum cum dicit creden-
do amare credendo in eum ire cre-
dendo incorporari idem enim videtur
per verba illa dici. ¶ Responsio dicendum quod sic
distinguuntur aliud et aliud est sunt
alius et alius et alius modus
credendi scilicet credere
deo et deum et in deum et isti modi
actus possunt ad invicem habitus
comparari possunt et comparari ad eun-
dem qui non sunt sic diversi quin
habeant ad invicem ordinem. Nam
credere deum respiciat divinam [illegible]
[illegible]tate ut obiectum. credere deo ut
motivum. credere in deum ut finem
ultimum et iste tres operationes [illegible]
cuiusdam habitum respiciunt et quia
fides non perfecte tendit in deum
tamquam in finem nisi prout est informa-
ta caritate ideo actus credendi in deum
tamquam in finem diffinitur per actum
amandi non tamquam per actum
proprium sed tamquam per annexum et
etiam quia quadruplex quod
actus amando est ipsi fidei
scilicet quod informatur caritate scilicet quadru-
plicem ordinem ideo innuit po-
nit in eius notificatione fidei
cum prout informata est caritate ordinat

ad amandum deum ad faciendum
bonum ad patiendum malum ad dili-
gendum proximum et modo hoc in-
actus prout in illa notificatione
videlicet credendo amare quantum
ad affectum credendo ire quantum
ad bonum opus credendo adhe-
rere quantum ad tollerantiam
mali credendo incorporari membris
quantum ad dilectionem proximi
et sic patet responsio ad illa que querebantur.
¶ Item queritur de hoc quod dicit Augustinus
ipsam fidem videt quisque in
corde suo esse si enim virtutes
ad invicem connexe sunt et aliquis
sciat se habere fidem videtur per quos
quod sciat se habere caritatem cuius
contrarium in primo libro [illegible] fuit
dictum distinctione xvii. ¶ Item si fides videtur
ratione Augustinus eo quod certitudinaliter
sit in anima tunc caritas et
gratia certitudinaliter sunt in anima
est quod quare non cognoscat
[illegible] ab his agendis habetur.
¶ Iuxta hoc etiam queritur de mo-
dis visionis quos assignat
Augustinus in libro videtur enim illa divi-
sio esse superflua cum [illegible] Beda
ad literam in libro xii et in glo-
sa Corinthios xii non distingu-
uant nisi tria genera visionum.
¶ Responsio dicendum quod secundum illud Augustinus fides
certitudinaliter cognoscitur in anima tam-
quam per suam essentiam et hic genus
omnes tenent de caritate aut
quidam dicunt quod videtur certitudinaliter et
scit homo se habere caritatem
quod licet sed nescit utrum in ea per

sciret dicit omnis homo qualiter
esse unum quod de cetibus que sunt
cenaculariter in anima hic anima
certa scientiam qua cognoscit
ea proprie esse sive sit habitus
gratie sive caritatis sive alterius vir-
tutis Sed hec ratio concludit ipse
augustinus confitendo multa sunt
sunt in nobis que nos la-
tent et multe anime sunt de-
formes que suas deformi-
tates nullo modo noverunt et mul-
ta sunt in nobis que patent
et propterea non est dicendum quod omnia
que sunt in anima cenaculariter
tenentur visione et cognitione
ita et de caritate et gratia sic
est planum quia pauci vel nul-
li sunt qui sciant certitudinaliter
se esse in gratia et hoc melius
scitur si inquirantur alicuius sancti
et boni ¶ Quidam alii dicunt aliter
quod dupliciter scitur aliquid videlicet
scientia notitie et scientia distinctionis
eodem quod traditur ab augustino in libro
decimo quod aliud est rem nosse
aliud cogitare et distinguere dicit
ergo quod omnia que continentur sunt
in anima certitudinaliter sciuntur scientia
notitie qua quidem scientia dicit
augustinus quod anima non potest se ip-
sam ignorare dicendum sunt
ut fides quam caritas quam co-
gnoscit Sed si de scientia distinctionis
loquimur sic non habet veritatem
propterea quod ea que cenaculariter sunt
in anima et scientia notitia cogno-
scantur tamen ab aliis non semper
distinguuntur sicut dicit augustinus de ipsa
anima quod et si non possit ipsam
non nosse necesse tamen aliquando se

ab aliis distinguere sicut patet de
illis qui posuerunt animam esse
esse corpus vel aquam vel ignem
et hoc modo non habet quis noti-
tiam de caritate que est ipse
nec de gratia gratum faciente quia
necesse est eam distinguere ab omni-
bus gratiis datis propter ipsius
mentis obnubilationem cum fan-
tasmatibus in volicione sed nec
ad hoc aliud sufficit quia non
solum cognoscit quis habitus
fidei quam habitum scientie natura-
lis et disposicionis et cognicionis
coniungit cum ipsis ab aliis habi-
tibus virtutum ¶ Et propterea aliter
dicendum quod cognitio qua anima cog-
noscit illud quod habet ipsa est cog-
nitio quedam experimentalis sicut
enim cognoscit aliquis se habere
fidem dum ad se ipsum intrare
sibi ingrediens experitur utrum
sit promptus ad credendum sic
de aliis habitibus virtutum et
aliis omnibus que latent in-
trorsus quod ergo anima non potest
habere experientiam nisi de eo quod est
in potestate sua et de eo quod possi-
cit actum anime cum experiencia
dicit ergo aliquem posse habere
esse quod aliquid aliquem sit in anima
que reddit eius potentiam habilem
ad aliquod opus vel constanciam a-
licui opus intrinsecum talia potest cog-
noscere ab ipsa anima certitudinaliter
unde si aliquis habilis ad aliquod
opus ex tempore se novit habere
illum habitum sicut fideles habitum
credendi et amans habitum aman-
di et sic de ceteris quod non aliquem

182

sic sunt in anima quod ipsa prin-
cipaliter non respiciunt ipsum
aliquem pro sicut caritas vel
sicut deformitas culpe p-
tite vel que sunt supra potestatem
ipsius anime sicut gratia inqui-
tum reddit acceptum deo et
caritas similiter quia de talibus
non potest habere anima experien-
tiam non potest habere etiam no-
ticiam ideo cum dicitur quod illa que
sunt essentialiter in anima etiam
anima cognoscit hoc intelligitur
de illis de quibus potest anima su-
et idem habitus possit ordinare
habentem et dirigere ad hec opposita ergo
si spes dirigit animam in com-
paracione ad bonum et timor in
relacione ad malum videtur quod spes
et timor sint unus habitus direc-
tivus ¶ Item hoc ipsum videtur
possibile in moralibus quia duarum extremorum
virtutum est medietas una sicut
inter desperacionem et presumpcionem est me-
dietas que est spes et inter hec
audacia est medietas que est timor
ergo spes et timor sunt unus
habitus ¶ Item hoc ipsum videtur
possibile in theologicis virtutibus quia
fides que est virtus theologica
una et eadem est sive prospera
accidant bona sive prospera ac-
cidant mala ergo si spes et timor
conveniunt ab ipsa fide et conveniunt
dz applicari convenienti videtur ergo
quod sicut fides est unus habitus
theologice virtutis ergo et spes et
timor sunt unus habitus direc-
tivus affectivus ¶ Item hoc ipsum
videtur possibile in peccatis actualibus
sicut enim per virtutem declinat homo
a malo et tendit in bonum sic
peccatum actuale divertit a bono
incommutabili et convertit ad commutabile sed
in peccato unus et idem actus
est et una et eadem culpa qua
quis divertit a deo et convertit
ad commutabile bonum ergo similiter erit
similiter erit composite virtutis sicut ergo
per spem tendit quis in deum
et per timorem declinat a malo videtur
quod spes et timor sint unus

habitus ¶ Contra quod secundum sanctos et plu-
riores conveniunt affecciones ani-
me videlicet gaudium et dolor
spes et timor si ergo iste quatuor
sunt necesse est spem et timorem
invicem differre secundum quod sunt
affecciones sed habitus spei diri-
git illam affeccionem que dicitur
spes et habitus timoris aliam
ergo videtur quod sint habitus diversi
¶ Item sicut se habent affecciones
de preterito malo et bono ad invi-
cem sic se habent affecciones de futuro
bono et malo sed affecciones de
presenti bono et de presenti malo
non solum distinguuntur sed eciam
formaliter opponuntur ut gaudium
et dolor ergo cum spes sit de
futuro bono timor de futuro ma-
lo videtur quod spes et timor non
solum distinguuntur sed et opponuntur
ad invicem ¶ Item plus differt
habitus virtutis ab habitibus donorum
quam habitus virtutum ad invicem sed
habitus timoris computatur inter dona
habitus spei inter virtutes secundum
quod dicit Gregorius in moralibus ergo si
spes differt ab aliis virtutibus
videtur multo forcius quod differt
a timore ¶ Item quandocumque duo
habitus sic se habent quod unus evacuatur
et alter non illi formaliter distin-
guuntur sed timor domini sanctus permanet
in seculum seculi spes autem evacuatur
secundum quod dicit magister in textu et in
lectura ergo spes et timor essencialiter
differunt ¶ Item quorum affecciones
sunt ad invicem disparate et ipsa
sunt disparata sed ex contrario et
esse per gaudium opponuntur spes

reddit securum timor reddit
pavidum ideo spes et timor for-
maliter distinguuntur. ¶ Ad X° dico quod
timor et spes sive nominent spe-
cies sive nominent affectiones tunc
contrarietate sunt admixte. Contra-
rietas enim secundum actum attenditur secundum
attenditur penes contrarietatem actuum
principaliumque ergo spes consistit
in quadam confidencia et erectione
timor vero in quadam fuga et re-
silitione. Hinc est quod timor et
spes sunt admixte contrarietate
racione suorum actuum. Contrarietas
autem eorum actuum venit opposite
obiecti in quantum sed [?] racione motu
enim cum anima apprehendat
aliquod bonum pro [?] se futurum in
racione qua talis afficiatur affectione
spei si aspicit [?] propter ... assequendi
illud. Aut apprehendit in racione
consequentis afficiatur affectione
amoris si propter ab illo ... ne
vi et sic patet quod fides spes
differt a timore racione diffici-
lis in actu [?] et eorum in obiecto
concedende sunt raciones que
ostendunt. ¶ Ad illud vero quod per
ultima [?] ... in natura quod idem
est pondus quod facit recedere ab
uno oppositorum et accedere ad
alterum. Dico quod non est omnino simile
in naturalibus amore et in naturalibus po-
tentie quod motus naturalis ma-
teriales non habent duos sed terminos
... terminum ad quem et terminum a quo
... potest ad corpus recedere
... a quo vel tendendo ad terminum
ad quem ... ad unum et eundem ac-
tum ... illa duo quod ma-

nifestum quod unum est in racione pura
... et alterum in racione tamen et
opposita in naturalibus unum est pondus
per quod mobile recedit ab uno situ
et appropinquat ad alterum. Sed in voluntariis
autem secus est quando enim sunt
duo opposita anima potest afficere circa
unum nichil considerans de altero
potest enim affici circa bonum nichil
considerans de malo et circa
malum nichil considerans de bono
et ideo diversis affectibus et moti-
bus fit motus circa opposita
opposita non sequitur quod unus sit
affectus sive sit unus affectus qui
dirigit respectu oppositorum sicut
in naturalibus unum est pondus.
¶ Ad 2m quod aliud quod in ... in prin ... voluntarius
unica est scientia oppositorum, dico quod non
est simile duplici racione, primo
quidem racio est quia voluntas
quando voluntas sequatur ea que
naturaliter sunt coniuncta eundem aliquis
vult amicum et ... nollet quibus quod 2°
autem non sequatur ea que naturaliter
sunt coniuncta ut qui venit amicus
quodam modo venit et quibus quando
ergo per coniunctam in proprio ad oppo-
secuntur opposite proprietates per quas
sunt contrarie ut si album disgre-
gat nigrum congregat. Hinc est
quod unus potest esse sicut affectus
circa ... difficultas est quia po-
tencia cognitiva consili actu et consili-
ari negociari potest simul utrumque op-
positorum iudicat enim de recto
et obliquo per virtutem unius recti
sed affectiva non sic unus si afficie-
tur inde oppositorum reliquum respuit

amat unum reliquum odit propter
(?) et ideo hoc est quia af-
fectio magis unit ipsi affecta-
bili quam cognitio cognoscibili. Unde amor
transformat amantem in amatum
et propterea non sequitur quod si una
possit esse cognitio oppositorum
secundum quod sunt opposita propter hoc
oppositorum possit esse affectio una
vel eadem una virtus affec-
tiva directiva. Ad illud quod
obicitur possibile in malis moralibus
quod duo extrema communicant uni contra medietas
dico quod verum est quod una contra medietas
punctualis sed large accepta medie-
tas sit unitate continua inter duo
extrema multa distantia plures
possunt esse medietates ita quod una
approximat uni extremo et altera
alii et sic potest esse in timore
et spe respectu praesumptionis et
desperationis quia timor ma-
gis approximat ad extremitatem
desperationis, spes autem ad extre-
mitatem praesumptionis. Aliter etiam
potest dici quod illud intelligitur de
medietate quae consideratur contra utro-
que extremo sicut largitas inter
prodigalitatem et avaritiam dicitur esse
medietas. Spes autem et timor
non sunt huiusmodi medietates sicut con-
[illegible] patet per philosophum et [illegible] pro-
[illegible] quia timor et
spes non sunt medietates commu-
nitatum contrariorum sed diversorum. Spes
enim medium tenet inter despe-
rationem et praesumptionem sed timor
inter temeritatem et timiditatem
sive pusillanimitatem et sic non
oportet quod timor et spes sint

in medietate virtutis unius affectionis.
Ad illud quod obicitur possibile in fide
quod non est simile propterea quod habet fi-
des malorum et bonorum tamen est
sub una ratione veritatis sub
ratione veri. Et sic est virtus spec-
tans ad cognitionem quia non
diversificatur propter obiectorum contrarietatem.
Spes autem et timor sunt virtutes
affectivae quae non respiciunt bonum
et malum sub una ratione sed spes
respicit sub ratione convenientis,
timor sub ratione disconvenientis,
ideo non est simile hinc et inde.
Si tu obicias quod principiatum
debet assimilari suo principio, dico quod
illud est verum in genere univo-
co. Nunc autem dicitur fides generare spem
et timorem; hoc non est simile univo-
co, sed hoc est progenitor dis-
paratorum sicut quod virtus
cognitiva generat affectivam quia
ad ipsam spectat et disponit. Ad
illud quod obicitur possibile in conversione
et aversione, dico quod aversio et con-
versio nominant [illegible] nominant actum
aliorum nominant circumstantias
circa actum; secundum quod nominant
actum sic sunt diversi motus.
Alia enim est affectio contemptus
qua anima convertit ab uno et
affectio appetitus quae committitur
ad reliquum. Secundum autem quod nominat
circumstantias sive relationes
circa actum sic possunt esse
circa unum et eundem actum et
circa unum per hoc quia unum et idem
potest simul et semel ad diversa com-
parari et diversis relationibus ad illa r[illegible]

ferri et sic non est simile de af
fectione timoris et spei quia
non potest simul et semel fieri una
nec uno actu circa diversa et
contraria afficientia persona ut sequitur quod
si conversio et aversio possunt esse tan-
tum diversa actorum et formarum quod similiter
timor et spes habent esse et una
et eadem affectione
Secundo queritur de spe propter
adminiculum ipsum et est quod
virtus spes ex bonis meritis habet
ortum et ideo sic unde Ro. v tri
bulatio pacientiam operatur pacientia au-
tem probationem probatio autem spem ergo
si in ipsa probatione consistit meritum
unde quod spes ex meritis habeat or-
tum. Item sicut ipsum oritur per-
dicionem meritum que parit vel lucra-
tur spes est ita desperatio fine
bus prevenientibus congrua et me-
ritis. Item nullus licet virtute
spei vel quasi sperando sequitur dic-
tamine fidei contra fides dicit nullum
adultum salvari posse absque
meritis ergo nullus recte spe-
rat licentiam vel tamen sequetur vi-
ta unde ergo quod spes ex meritis
procedat. Item sicut se habet de-
speratio ad demerita sic se habet
spes ad bona merita sed sic se habet
desperatio ad demerita quod nullus
desperat nisi propter aliquam culpam
commissam mala eius causa est
illa que inducit in desperatio-
nem unde quod similiter spes ex bo-
nis meritis habeat ortum. Contra
dicit Augustinus virtus est bona qua-
litas mentis qua deus in nobis
sine nobis operatur ergo si spes
virtus est sicut ostensum est in

precedentibus deus eam in nobis
operatur sine nobis ergo non
habet ortum ex meritis nostris. Item
illud quod est principium meritorum
ortum habet ex meritis sed spes est
principium meritorum nullus enim
potest mereri apud deum nisi qui
sperat ergo spes ex meritis non habet
ortum. Item omnes virtutes
simul infunduntur ergo si aliqua
virtus precedat merita necesse est
quod omnes precedant et si aliqua
subsequatur necesse est quod omnes sub-
sequantur igitur aut spes non
precedit meritis aut cetere vir-
tutes procedunt cum meritis sed
impossibile est ceteras virtutes ex
meritis ergo impossibile est spem spes
ex meritis oriri. Item quanto quis
perfectior est tanto est humilior et
quanto humilior est tanto minus
presumit sed non confidit de me-
ritis propriis ergo si spes perfecta
iuncta est cum humilitate
perfecta unde quod nec spes nec eius
usus oritur ex merito virtutum
Respondeo dicendum quod spes alii nominant habitum R°
virtutis alii nominant actum alii
alii nominant statum alii tum sive
obiectum. Secundum autem quod spes habitum nominat
virtutis non sic habet ortum
ex meritis sed potius merita ha-
bent ortum ex ea. Secundum autem
quod nominat actum sic oritur habet
ex meritis infinitis nullus enim
sperat recte eternam beatitudinem nisi
qui deo servit vel parat deo
servire. Secundum autem quod nominat
statum sic ortum habet ex meritis
precedentibus et concomitantibus
et hoc modo accipitur Ro. v° tribu-

lacio operatur pacienciam pacientia
probacionem probacio spem glo. i. c.
titudine spiritus addens super prudenciam
certitudine probacionem probacionem opera
vita et majorum protollancia
et sustinencia tribulacionum secundum
aut quod spes nominat spiritum re
speratam sic ordinem habet cum
tribus predictibus et sic patet
quod spes secundum [quod] nominat spiritum re
speratam sic prima accepcionem
simpliciter precedit virtutem tamen vir
torum principium secundum ultima
accepcionem simpliciter sequitur tamen
virtutem primum secundum duas me
dias medio modo se habet quia
quodammodo precedit quodammodo
sequitur. Nam spes prout nominat
motum spiritus precedit virtutem
virtutis et secundum virtute est pri
cipium virtutum sequencium prout autem
spes dicitur quedam certitudo et
status sit secundum virtute convenit
habet ordinem et est mechanicum
advenitur ad perfectionis agendum
vel merendum illa enim certitudo spiritus
consurgit ex perfectione tribulacio
num et vehementer confirmat
et confortat animum ut a tribu
lacionum justicia non recedat et
cetera patet ad quantum quartum patet
mechanicum. Ad obiecta prima spes
quodammodo accepta est virtus co
mentis et quodammodo principium
virtutum et secundum hoc conveniunt ra
cionis ad opposita partes et utre
que secundum diversas vias probatur
et concludunt veritatem ex quibus
duabus ultimis rationibus adiecit
cuius ad utramque partem. Ad 2

cum quod alia de desperacione pro
videri quod non est simile pros quod est
desperacio dicit extremitate pec
cati nullus enim demergitur nisi per
aliquam culpam precedentem desperacionem
non sic autem spes dicit merita
perfectionem secundum generale sui accepcio
nem non oportet quod precedat con
cius prout nominat spiritum virtu
tem vel eius actum sicut desperacio
que est motus demergens in pro
fundum quod porrigit aliud peccatum. Ad al
terum non est simile quia nos
et ea que sunt in nobis et a nobis
sunt principia maiorum non sic
aut est de bonis quia omne
datum optimum et omne donum per
fectum desursum est ideo non sic
oportet spiritum convenire omni virtuti
sicut desperacio dicitur convenire
Ad illud simile quod ultimo arguitur a contra
parte quia vir humilis virtute non
intuetur dicendum quod virtuti virtutum quod
diversimode vel attribuendo sibi vel at
tribuendo quod dicit primum aut
virtute attribuendo sibi hoc est
superbie et vanitatis et sic in
tuetur superbi qui dicit manus
mea excelsa et non dominus fecit
hec omnia contra quos dicit Deut.
[10] Ne dicas in corde tuo propter
iusticiam meam et introduxit
me dominus ut terram hanc pos
siderem. Primum aut virtute referendo
ad dandum gratiam et hoc est humili
tatis et voluntatis et hoc in
motus spiritus convenit virtutum
habet omnis quod modo intuebatur
paulus virtuta sua. i. Cor. v. hum

dampnatus omnibus laboravi ii
autem ergo secundum gratiam dei mecum alia
vero que obiciuntur satis sunt ma-
nifestata

Tertio queritur de spe per comparationem
ad habitum caritatis et est
quod magis spes precedat caritatem
ordine naturali dicit enim et loquitur hic
de habitualibus in comparatione ad actus
et quod spes precedat videtur super illud Matth. i
Abraham genuit ysaac ysaac
genuit iacob glosa id est fides generat
spem spes generat caritatem ergo si ge-
neratus secundum ordinem naturalem prius est
Item constructio edificii spiritualis sicut
est edificatio materialis sed in edi-
ficatione materiali primo fundamentum
precedit edificii complementum sed etiam
paries secundum ordinem tectum antecedit
ipsum tectum. Si ergo fides assimilatur
ipsi fundamento, parieti et spes parieti
erigenti et caritas tecto consum-
mata. Videtur quod spes precedat ipsam
caritatem. Item secundum naturalem ordinem
imperfectum antecedit perfectum non econverso sed
caritas maior est et perfectior quam
fides et spes secundum quod dicitur
i Cor. xiii maior autem horum est
caritas etc. Item nullus potest
amare aliquid supra se et super omnia bona
nisi quod non sperat se posse pervenire.
Si igitur caritas diligit aliquid supra se et
super omnia actus caritatis consequitur
actum spei ergo caritas ipsam
spem. Sed contra quod primo ante ma-
gister in littera: spes est certa expec-
tatio future beatitudinis veniens ex
meritis precedentibus ipsam spem
quam non prevenit caritas ergo secundum

naturalem ordinem caritas est ante
spem. Augustinus in xiiii de civitate dei dicit
quod omnis affectio oritur ex amore
ergo omnis affectio recta ex amore
recto [illegible] ergo caritas diriget
ipsam amore voluntatis virtus
autem spei dirigat unam de maior
affectionibus. Videtur quod spes sit poste-
rior caritate. Item nullus sperat nisi
quod amat quod enim non cupit aliquis
nullo modo sperat ergo rectitudo amoris
precedit rectitudinem expectationis
sed caritas dirigit in amando
spes autem dirigit in expectando
ergo caritas ante spem. Item timor
spes sunt due affectiones [illegible]
[illegible] unde in glosa Deutro.
xxiiii dicit esse due mole sed ordo
timor precedit amorem ergo et
omnis spes. Item spes generata
precedit amorem generato igitur
secundum naturalem ordinem caritas an-
tecedit spem. Item quanto aliquid
est bonus tanto bonus prius
sed omne sperandum est amandum et
non convertitur ergo amor est actus
dilectionis quam actus spei et sic
amor ergo prior. Item iste est
ordo virtutis ad virtutem qui est
ordo dotis ad dotem sed perfec-
tio que est dos correspondens
spei sequitur ipsam dilectionem
que est correspondens caritati ergo
videtur quod in via caritas precedat
spem secundum naturalem ordinem. Respondeo
dicendum quod dupliciter est comparare habitum spei
ad habitum caritatis aut ratione
habitum secundum se consideratorum aut
ratione habitum operatorum ad actus

Si loquamur de speciebus habitibus
spei sic concedendum est quod non habent
ordinem secundum situationem eius cum vir-
tutes gratuite simul infundantur
secundum quod infra manifestabitur
Si autem loquamur de speciebus habitibus
in comparatione ad actus sic unus
habet ordinem ad alterum quia actus
unius preparat et disponit ad actum
alterius et preparando et disponendo
est eius quodammodo principium
et origo et racione talis preparationis
et originis est ibi ordo quia ergo
actus spei preparat et disponit ad
actum caritatis tamquam ad perfectum
et summitatis edificii complementum
Nemo enim diligit aliquod bonum
propter se et super omnia nisi speret se
ad illud bonum perventurum hinc
est quod spes vel actus spei antece-
dit actum caritatis et hinc est
quod habitus spei in comparatione ad ta-
lem actum caritatis prior est unde
predicte sunt raciones ad istam par-
tem ¶ Ad illud vero quod obicitur in
contrarium quod auctoritas augustini quod spem
natam precedit caritas dicendum quod ca-
ritas spes accipitur ibi vel pro re spera-
ta vel pro quodam statu spei non at-
tingens eius actum vel habitum possit
dici quod istud dicat augustinus secundum su-
am opinionem qui credidit cari-
tatem non esse habitum creatum
sed spiritum sanctum qui est principium omnium
aliorum bonorum unde quia in
hac opinione communiter magistri
non sustinent et illud est commu-
niter auctoritas illa nullum habet
robur ¶ Ad illud quod obicitur quod
amor est principium omnium affe-
ctionum dicendum quod verum est de actu
spei statu imperfecto sed sicut ac-
cidit imperfectum status et omnium
affectionum principium pro statu per-
fectionis est amor perfectionum fi-
nalis ut deus amet perfecte
caritas autem non nominat qua-
lemcumque amorem sed amorem perfectum
et ideo ex hoc non potest concludi quod
caritas spei in valore ordine pre-
cedit spem ¶ Ad illud quod
obicitur quod nullus sperat nisi quod di-
ligit dicendum quod verum est sed tamen ex hoc non
sequitur quod spes caritatem sequatur
pro eo quod caritas addit talem con-
sumatam super amorem que non
consequitur actum sperandi et cer-
titudinem sicut prius tactum
est cum enim duplex sit motus
amoris caritatis videlicet amor
amicicie et amor concupiscentie caritas
amore concupiscentie desiderat deum super
omnia amore vero amicicie sibi
diligit deum propter se et super omnia
unde deum concupiscit plus quam
aliud bonum deo est bonum optat
plus quam habens caritatem oportet
sibi sibi amor autem concupiscentie
adeo integrum esse non potest
nisi preambula concupiscentia g.
quod amor amicicie potest esse adeo
clementius nisi precedat confiden-
tia nullus enim vult plus bo-
num alii quam sibi in illud totaliter
confidat nullus enim aliquid b-
onum super omnia concupiscit nisi
quod se ad illud credit perventurum
pervenire ¶ Ad illud quod obicitur quod
timor consequitur amorem ergo et spes
pari ratione dicendum est quod deus est

quod licet hec affectio precedat illam
tamen habitus ille in generatione adactum
non precedit illum [illegible] propria per
fectione quia caritas ponit circa
actum diligendi [illegible] tamen dicitur
quod timor sequitur ad amorem hoc non
intelligitur de quolibet amore sed de amo
re sui ideo cum quis timet
penam quia se ipsum amat caritas
autem non dicit principaliter amo
rem sui sed amorem dei et [illegible]
non sequitur quod quia caritatis actum
precedat actum timoris nec ex
hoc potest concludi quod similiter precedat
actum spei ¶ Ad illud quod obicitur
quod primus est a quo non convertitur
[illegible] dicendum quod illud habet veritatem in hiis
que [illegible] consequuntur ad se inui
cem in hiis autem que se inuicem
[illegible] non habet veritatem et hoc
est quia sequitur [illegible] est [illegible]
[illegible] alterum sed non convertitur [illegible]
[illegible] non precedit [illegible]
[illegible] quod ergo [illegible] et [illegible]
[illegible] sunt actus se invicem [illegible]
[illegible] ideo quamvis actus amandi
[illegible] extendat ad plura diligibilia
[illegible] oportet quod sit primus secundum ordinem
[illegible] quamvis caritas generalior sit
[illegible] tamen spes generalior est
[illegible] est [illegible] sunt
[illegible] quia habet caritate
[illegible] sed non convertitur quia
[illegible] potest esse in peccatore et ideo
[illegible] spei originem precedit actum
caritatis [illegible] a quo utraque
[illegible] sumunt originem et sic [illegible]
[illegible] ¶ Ad illud quod obicitur
[illegible] quod [illegible] tenendo sequitur

[illegible] delectationem [illegible] quod non est
[illegible] hoc quod dotes in patria
erunt equales [illegible] in
[illegible] autem caritas maioris perfec
tionis et dignitatis est quantum
quantum de ratione virtutis quam
sit ipsa spes et ideo non oportet
quod si in [illegible] precedit delectatione
[illegible] quod [illegible] in patria tenendo
precedat dilectionem ~~[illegible]~~
[illegible] cum virtutes equales sunt
quantum ad [illegible] perfectio
[illegible] est actus [illegible] quam [illegible]
[illegible] in gloria perfecte
diligere non est maioris dignitatis
quam [illegible] et [illegible] tenere [illegible]
[illegible] in [illegible] actus [illegible]
[illegible] actum [illegible] non tamen sic
oportet esse in patria [illegible] est [illegible]
[illegible] potest esse [illegible] ¶ Sunt
autem [illegible] et alii modi [illegible] qui
causa brevitatis [illegible] ad pre
sens [illegible] quod trahunt [illegible]
[illegible] ad ordinem et distinc
tionem [illegible]

Quarto queritur de ipsa spe per
comparationem ad obiectum et est
[illegible] utrum spes sit in bonum sub
ratione boni et quod sic videtur primo
[illegible] virtutis in genere quia sic
[illegible] est respectu veri ¶ Sic virtus
est respectu boni sed omnis [illegible]
in verum sub ratione veri [illegible] omnis
virtus est in bonum sub ratione boni
¶ Sed igitur est spes est virtus quod est
in bonum sub ratione ¶ Item hoc [illegible]
[illegible] ratione magis [illegible] quod sumunt
[illegible] virtutis theologice virtutis
cum theologica idem [illegible] et [illegible]

sed bonum et finis eius quo ergo cum spes
sit virtus theologica et bonum sub
ratione boni sit eius finis ergo
bonum sub ratione boni erit eius
obiectum. ¶ Item secundum ipsum Augustinum
ad hoc magis ratione speciali per comparationem
ad alia quam affirmando quia sic
se habet gaudium respectu prae-
sentis sicut spes respectu futuri
sed gaudium est de bono praesenti sub
ratione boni ergo spes est de futuro
bono sub ratione boni. ¶ Item hoc
ipsum ostenditur ad hoc specialiter ratione per
comparationem ad alias species virtutis
quia sicut dicit Augustinus in Enchiridion differunt
fides et spes ad invicem quia fides
est respectu boni et mali spes
est respectu boni tantum. Sed cum
fides sic patet esse boni et
mali pro eo quod non respiciebat bo-
num sub ratione boni sed magis sub
ratione veri spes autem debeat esse
bonum ita quod nullo modo est in
eius oppositum videtur ergo quod ipsa
spes sit ultimum sub ratione boni.
¶ Item hoc ipsum ostenditur ratione magis
speciali per diffinitionem ipsius speciei spes
enim est expectatio futurae beati-
tudinis si ergo beatitudo nominat
bonum sub ratione boni videtur ergo
quod bonum sub ratione boni sit
obiectum ipsius speciei. ¶ Contra quia virtutes
theologicae distinguuntur per obiecta sicut
quod habent propriam rationem sed caritas
est in bonum sub ratione boni ergo
si spes distinguitur a caritate bo-
num sub ratione boni non erit obiectum
speciei. ¶ Item timor respicit rationem bo-
ni et mali ad hoc contingit ti-
morem sicut impatientia dum timebit

non quidem sub ratione mali in
sub ratione boni quia sub illa ra-
tione amabilium bonum quod sub ratione
boni magis generat amorem
quam timorem. Si ergo contingit
timere quod respicit rationem boni et
mali contingit sperare ergo obiectum
speciei non est bonum sub ratione
boni nec mali sub ratione mali.
¶ Item nullus timet malum quod est
ibi sine spe sed quicumque timet
malum timet sub ratione excellen-
tis. Si ergo spes sicut in bono
sicut timor in malo videtur
quod spes non sit in bono sub ratione
boni sed magis sub ratione mali.
¶ Item sicut vis irascibilis appetit illud
malum et detestatur ita et irascibilis
appetit contrarium ad hoc dico secundum
ipsum Augustinum supponendo ergo sic
in ratione est respicere aliquas
virtutes perficientes et dirigentes
ipsam irascibilem respectu in illam
et ut bonum delectantis ut per
fidem et caritatem ita erit in
arduum et excellentis hanc au-
tem non est dare nisi spem ergo ¶ Si-
licet autem virtutes gratuitae
quandoque non eleventur in mente et
sed maxime non faciat virtutes
theologicae elevatio tamen vel excita-
tio ipsius animae proprie com-
petit ipsi speciei ergo si virtus
speciei maxime consistit in eri-
gendo et elevando ipsum animum
cum animum non magnus sit
nec sit nisi erigere se nisi ad
magna et ardua videtur ergo
quod obiectum speciei quantum ad effectum
videtur teneat rationem ardui non

ergo obiectum spei est bonum sub
ratione boni ¶ Ad uerum [X] ad pre-
dictorum intelligentiam est aduertendum
quod quidam doctores uoluerunt obiectum spei
esse bonum sub ratione futuri dixe-
runt enim quod omnes affectiones
anime uel sunt respectu boni uel
etiam respectu mali et sicut gau-
dium est respectu boni presentis
dolor uero qui est affectus sibi
opposita est respectu presentis
mali sic spes est respectu futuri
boni timor uero respectu futuri
mali quod autem mouit hoc ponere
facit quod possunt quod duplex sit
tantum obiectum in quod tendit anima unum
scilicet uerum in quod tendit intellectus
alterum scilicet bonum in quod tendit affec-
tus et ideo tamen spes non sit
in uerum sub ratione ueri noluerunt
dicere quod sit in bonum sub ratione
boni in hoc tamen differt a cari-
tate quia caritas est in bonum
sub ratione boni simpliciter non con-
siderando presens uel futurum et
quia bonum sub ratione boni est
amandum ideo actus ipsius cari-
tatis est amare ¶ Spes autem
est in bonum non tamen sub ratione
boni sed etiam sub ratione futuri
et quia bonum futurum inquantum
futurum est expectandum ideo actus
ipsius spei est expectare et quia
expectare et amare sunt ac-
tus diuersi sequitur est quod spes et
caritatis diuerse sunt uirtutes
non principaliter ratione diuersitatis
obiectorum sed ratione diuersitatis actuum
ipsorum licet autem hic modus
dicendi uideatur aliquid probabilitatis

habere in eius tamen consideratione
non satisfacit dubium nec
consonat ueritati nam quod dicitur
quod non est aliud obiectum motiuum
potentiarum anime nisi uerum sub ratione
ueri et bonum sub ratione boni
simpliciter non habet ueritatem pro eo quod sicut
etiam in oppositum dictum est quem-
admodum irascibilis tendit in suum
et concupiscibilis in bonum ¶ Sic etiam
rationalis uel tendit in arduum
et magnum ¶ Rursus quod dicit
bonum sub ratione boni futuri
esse motiuum alterius affectionis
quam bonum sub ratione boni non
habet ueritatem pro eo quod bonum
sub ratione ~~boni~~ futuri desiderari
et desiderium non est spes sed
magis quedam dicta quietis et
ad ipsam caritatem pertinet desi-
derare amplius quod dicit timorem
esse respectu mali sub ratione ma-
li contingit enim timere sicut in
oppositodo ansum est abstracta
ratione mali sicut timebit deus
in patria si quis malum timere
non timet ut quia excellens
si ergo affectus que est timor in
suo obiecto magis conuenit excelle-
tiam quam maliciam sub ratione mo-
tiui restat sibi quod et affectus
sibi correspondens uidelicet spes
est igitur obiectum spei bonum quidem
sed non sub ratione boni sed ma-
gis sub ratione ardui siue mag-
ni et hoc quidem sit satis manifestum
¶ Spei enim duplex est actus quorum
unus est principium et origo
alterius ¶ Spes enim facit con-
fidere et faciendo confidere facit

O

comprobare nullus aut recte
confidens confidit et innititur
nisi in eo qui uere possit uel ue
lit sibi deficientibus talis autem non
est nisi ille qui est potentissimus
summe in uirtute et munificentissimus
in liberalitate et hoc non scit nisi
per comparationem excellentie uirtutis et largi
tatis eius aut quis totam
fiduciam suam in eum posuit
quia excellentie uirtutis est et
liberalitatis magna ab eo comprobe
tur secundum eam quia ergo spes habet
obiectum magnum et arduum in confi
dendo sicut est quod ipse deus in
promissa magna promittit nobis
in consolationem spei nostre unde quod
dicit abrahe Gen. 15. Noli
timere abraham ego protector
tuus sum et merces tua mag
na nimis q. d. ego protector in
quo debes confidere et merces
tua magna quam debes compro
bare concedendum est igitur quod obiectum
spei est bonum sub ratione mag
ni uel ardui et quia glossa in
nominat magnum scilicet eternum
nominat magnum durabilitate et
intensiue id est potentie secundo ex
tendi sicut etiam quod obiectum spei sit
bonum sub ratione glorie et sub
ratione eterni hoc est sub ratione ex
cellentis et indeficientis quia deus
comparauit ad presentem uitam magni
tudinis premii bonum gaudii sunt
igitur rationes que sunt ad partem
istam. ¶ Ad illud quod obicitur quod
spes habet etiam ad uerum uia uirtus
ad bonum dicendum quod hoc non est om
nino quia cognitiua non habet obiectum
nisi uerum [?] in uno sed af

fectiua per duplicem in duas ui
res diuidit in concupiscibilem et iras
cibilem obiectum habet duplicatas ui
res diuidit bonum quod concupiscat
et arduum ad quod se erigit ¶ Ad
quod obicitur quod uirtus theologica debet habere
pro obiecto [?] dicendum quod si intelli
gatur de [?] quantum ad spem
eo uero est quia ipse deus est
finis et obiectum earum ¶ Quod autem dicitur
loquendum quantum ad rationem mo
tiuam non habet in te nisi in sola
uirtute que est caritas ipsa enim
habet bonum sub ratione boni et propter
et propter finem ideo principaliter tenet
inter uirtutes ceteras sicut infra
manifestabitur ¶ Fides autem et spes
non habent in te et quia in illa
ratione procedit ad ydempnitatem [?]
sperandum et ydempnitate [?] ratio
ideo in [?] illo est perfectum [?]
dicendus ¶ Ad illud quod obicitur quod
sicut habet spes respectu futuri sic
gaudium respectu presentis dicendum quod
similiter bona est quantum ad delec
tationes et presentis sed quantum
ad rationem boni motiui non est
similiter bonum enim sub ratione boni
quod presens est delectat et reficit
ipsum concupiscibilem sed sub hac ratione
non habet eleuare et erigere ipsum
potentias sub ratione excellentis de
lectationem que est in gaudio re
spicit determinatam sed erectio que est
in spe respicit excellentiam ¶ Ad
illud quod obicitur quod spes est respectu
boni tamen ergo habet obiectum bonum sub
ratione boni dicendum quod illud non sequi
tur quia ista non est sola ratio
propter quam aliquis tendat solum in mo

in bonum quia motus eius
est bonum sed eius spei sed quod illud
quod est motus eius habet semper
bonum sibi substratum et sic in
intelligentia est sperare in spe
illud quod est arduum et excellens
ad quod assequendum exigitur aliquid quod non
potest esse nisi bonum ¶ Ad illud
quod obicitur quod spes est expectatio
future beatitudinis dicendum quod spes non
expectat beatitudinem nisi inquantum te-
net rationem magni et ardui quia
est ratio excellentis et indefi-
cientis et quia ista duo inquit
beatitudo de sua ratione prima ratione
sequitur est quod spes magis habet di-
ci per beatitudinem quam alia virtus
sed in ratione illa secundum propriam speci-
ficationis quibus cum beatitudo habeat
rationem boni sic non cadit
proprie sub expectatione spei sub
illa ratione sed inquantum habet rationem
ardui

Quarto quaeritur de spe per comparationem
ad subiectum et est quod utrum
spes sit in parte animae cognitiva
vel affectiva et quod sit in cognitiva
videtur primo per illud quod dicitur I Tim.
I finis praecepti est cari-
tas de corde bono conscientia bona
glossa de conscientia bona id est spe Si
ergo spes est conscientia se tenet
ex parte cognitionis vel cognitivae
videtur quod ipsa spes ¶ Item Bernardus
in quadam anime sermone Cav deus
futurus est bonum verum perfe-
ctum duo bonas voluntatem
ad patrem et memoriam conti-
nuitas sed continua et unitas
se dans confundens comparationem

quibus spei ergo si illa respiciat
memoriam ipsam ergo videtur
quod ipsa expectatio spei in memoria
esse memoria habeat sed hoc est potentia
cognitiva ergo etc. ¶ Item Augustinus
diffiniens spem in libro de ci. dei
dicit quod spes est virtus qua quis
se ad illud quod credit perventurum
praesumit conferat diffinitione unde
quod non est aliud sperare quam fir-
miter credere se perventurum ad ali-
quid arduum et excellens sed tam
credere quam firmiter credere est potentiae
cognitivae quod sperare spectat ad potentiam
cognitivam sed cuius est actus
eius et habitus ergo idem vero de
quo prius ¶ Item ymago creationis
reformatur per ymaginationem
recreationis quae quidem consistat
in tribus et tribus virtutibus theologicis
ve sed ergo si virtutes formatas
sunt in potentiis quas reformant
necesse est quod virtutes theologicas
in illis potentiis in quibus
attenditur integritas ergo ille pos-
sunt intelligentia memoria
voluntas et caritas respicit
voluntatem fides intelligentiam
videtur ergo quod spes respiciat potentiam
cognitivam memoriam ergo est
in potentia cognitiva ¶ Item certitudo
respicit potentiam cognitivam ergo
cum spes sit certa expectatio
future beatitudinis spes est in potentia
cognitiva tamen in spe ¶ Sed
contra in motiva quia affectiones dis-
tinguuntur ab ipsis et ab aliis videlicet
gaudium et dolor spes et timor
ergo si eius affectus est habitus
regulativus affectionis est
in potentia affectiva ergo spes vel vero

ruat affectiuum vel irascibilem di-
rectiuum affectionis. Vnde ergo genera-
liter quod spes sit in potentia affectiva.
¶ Item eiusdem potentie est sperare cuius
est timere, sed timere non est nisi
potentie affective ergo nec sperare
sed cuius est actus eius est et
habitus ergo etc. ¶ Item opposita na-
ta sunt fieri circa idem vnum sed
spes et desperatio sunt opposita
si ergo desperatio est in potentia af-
fectiua videtur similiter quod et ipsa
spes. ¶ Item sicut contingit po-
tentiam rationalem et concupiscibi-
lem obliquari et dirigi ita
et irascibilem ergo sicut est aliqua
virtus theologica in rationali aliqua
in concupiscibili ita aliqua debet esse in ira-
scibili et hec non est nisi spes ergo
spes ergo spes est in irascibili
ergo spes est in potentia affectiva. ¶ Item
obiectum spei est magnum et ar-
duum sicut supra fuit ostensum
sed arduum est obiectum potentie irascibilis
ergo si idem est obiectum habitus
et potentie subiecti in qua est ha-
bitus spes est in potentia irascibili et
hec est affectiva ergo etc. ¶ Ad hoc dicendum
quod absque dubio spes est in potentia
affectiva est enim in yra iras-
cibili que est pars potentie affective
potentie enim irascibilis non tantum est
Peti detestari mala culpe et ~~[struck]~~
mala pene sed etiam aggredi terri-
bilia et erigi ad magna et ardua
et propterea non tantum ponimus in yra-
scibili et patientiam sed etiam fortitudi-
nem cuius species fortitudinis magnanimi-
tatem negociatur circa ea que sunt
ad finem spem autem fidem que se eri-
git in ipsius finis hoc autem solus

spectat aperte contingit enim quod aperte
cognitionis substantie tamen quod a-
perte conditionis admittit tum
quod aperte dotis prosequitur sicut quod a-
perte affectionis substantie quia tum
maiores sunt affectiones videlicet
gaudium et dolor spes et timor
sicut gaudium et dolor sunt
circa eandem potentiam ita circa spes
et timor ex quo igitur planum sit tum
verum esse quod spes potentie irascibilis
non est dubium quin affectio
spei ad potentiam irascibilem pertineat
ac per hoc habitus virtutis spei
dirigentis affectionem illam quod aperte
similiter conditionis et proprie-
tatis amplius hec ipsum spectat sic
aperte videri. Spes enim est stabili-
tas quodammodo affectiue de ardu-
a sollicitudine stabilitas autem
et confirmatio pertinet ad potentiam
irascibilem sicut enim rationabilis se habet
ad claritatem et concupiscibilis ad
voluptatem sic etiam irascibilis ad se-
curitatem cum ergo affectio que
condicio concernens ipsam spem
indubitanter verum est virtutem
spei ad irascibilem pertinere quod aperte
dotis future hec ipsum spectat habitu
sicut enim ad fidem subsequatur
visio ita ad spem subsequatur
spectat tentio firmiter autem tentio
hec est illius potentie cuius est habitu
defendere habent autem non est du-
bium esse potentiam irascibilem et ideo
concedendum est habitum spei esse in
irascibili potentia ac per hoc in virtute
in affectiua sicut rationes conclu-
dunt que sunt ad partem istam

¶ Ad illud uero quod primo obiciebatur
quod spes dicit confidenciam dicendum quod in pro-
cessu illo est peccatum secundum consequens
quia confidencia potest nominare ip-
sam spem et potest nominare li-
men directiuum ad bene agendum
et hoc ultimo modo spectat ad potenciam
cognitiuam alio modo non ideo non
sequitur quod uirtus spei sit in potencia
anime cognitiua sed alius defectus
est in quia nomine confidencie intelli-
gitur spes non quia spes sit confidencia
sed quia spes est causa confidencie
tam scripturis comprobantibus mentis
intellectu aut esse non potest nisi ubi
est conscientia bona ¶ Ad illud quod
obicitur quod deus futurus est memorie
continue eternitatis dicendum quod illud uerbum
hoc intelligitur de uirtute et non proprie nam
quamuis eternitatis respiciat illa uir-
tute tamen est pretermisso transiens et
hoc est potencie mutabilis cuius est
in futuri conseruare et ideo non habet
non sequitur quod spes sit proprie in potencia
memoratiua sed quod aliquo modo ipsam
respiciat uel principaliter uel con-
iunctim ¶ Ad illud quod obicitur quod sperare
non est aliud quam firmiter credere
se habiturum aliquid dicendum quod spes dicitur
et large et proprie large accipitur dicta
spem sic dicit credulitatem quodammodo
firmatam respectu alicuius boni
assequendi siue a se siue ab alio
quemadmodum cum quis uidet aliquem
bone indolis dicit quod sperat ipsum
esse futurum bonum hominem ubi spera-
re idem est quod probabiliter credere
et sic sumitur large et improprie
et sic potest pertinere ad uirtutem cog-
nitiuam Aliomodo sperare secundum quod
dicitur proprie idem est quod confidere
et confidencia cum quadam
securitate tendere ad habendum illud
quod speratur et hoc modo pertinet ad uir-
tutem affectiuam et hoc duo uidelicet
confidenciam illam et securam ten-
denciam complectitur Augustinus sub uerbo
presumendi quod quamuis sequatur
credulitatem cognitiue tenet tamen
se ex parte affectiue et
ideo ex illa racione non potest con-
cludi quod principium cognitiuum sit subiectum
spei ¶ Ad illud uero quod arguitur quod ymago re-
creacionis attendit ymaginem crea-
cionis dicendum quod uerum est quod attendit
inchoaciue tamen ymago recreacionis
plus se tenet ex parte cognitiue ymago
uero recreacionis plus ex parte
affectiue secundum quod dicit Augustinus quod ymago
est in ipsa cognoscendi et similitudo
in ipso diligendi et quia ymago recre-
acionis plus se tenet ex parte af-
fectiue ideo due uirtutes sunt
in parte affectiua totaliter et principaliter
uidelicet spes et caritas et uirtus
spei reformat potenciam irascibilem que est
potencia affectiua quibus reformatur per
memoria quod in actu quiescat cir-
ca uidelicet in actu tenendi et ideo
non oportet quod spes reponatur in me-
moria sicut in subiecto plus de hoc
plenius determinata sunt in hoc secundo
distinctione xxvi ¶ Ad illud quod ultimo obicitur
de certitudine patet responsio quia licet dicta
sint supra pro eo quod certitudo spei non
est pertinens ad potenciam cognitiuam
sed magis ad potenciam affectiuam que
quidem certitudo est quedam affec-
tiua tenens se ex parte potencie irascibilis

patet igitur quid sit sbm spei quantum ad nomen primum ultimus et possit esse hec inquisicio de sbo spei quantum ad sbam et circa hoc possent queri plura dubitabilia Primum quantum utrum spes sit in angelis bonis secundo utrum sit in animabus beatis tercio utrum aliquo modo sit in angelis malis Quarto utrum sint in hiis qui sunt in limbo Quinto utrum sit in hiis qui sunt in purgatorio Sexto et ultimo queritur utrum sint in Christo Sed quia omnes hec questiones in magna parte pendent ab illa questione qua dicitur de enumeracione spei et illa in qua cetera sunt similia ideo questiones iste ad presens obmittuntur quia quedam earum determinabuntur infra quedam earum tangentur in loco ubi sit intencio subtilitas que est in memorie inventa

Restant ista sunt questiones circa literam et quantum primum de illa diffinicione quam ponit cum dicit Spes est virtus qua spiritualia et eterna bona sperantur Si enim bonum eternum est unum videtur quod male dicat pluraliter quia eterna bona sperantur Item nullum eternum est temporale sed omne futurum est temporale igitur cum proprie expectantur futura bona sicut dicitur alia diffinicione videtur quod proprie non expectantur bona eterna propter hoc queritur que sit differencia inter illa duo membra videlicet inter spiritualia et eterna Responsio dicendum quod spes diffinitur hic per comparacionem ad obiectum primum obiectum autem primum spei est summum bonum eternum et quod summum bonum est duplex scilicet increatum et creatum et respectu utriusque est spes principaliter respectu boni increati et secundum hoc debet per intelligi predicta diffinicio et si intelligatur de bono increato sunt spes dicitur expectacio eterna bona que quidem quantum est in se carent principio et fine Si autem intelligatur de bono creato tunc dicitur expectacio bona eterna id est perpetua utroque tamen modo pluraliter dicitur bona eterna non quia plura sunt bona summa sed quia bonum eternum quod est primum in mensa bonitas omnia bona precellit per summam eminenciam et bonum perpetuum quod est beatitudo creata omnia bona comprehendit per modum collectionis et ideo pluraliter dicitur eterna non propter eternitatis multitudinem sed propter boni perfectam omnimodam plenitudinem Ad illud vero quod obicitur quod est expectacio boni futuri dicendum quod nichil impedit aliquod bonum esse eternum in se et temporale alicui hoc est in principio et sic est in mercede que expectatur propter eam quod eterna est in se et tamen futura est expectanti quia ad eam nondum pervenit Ad illud quod queritur que differencia sit inter illa duo membra dicendum quod primum membrum complicatur per secundum quod cum ponitur primum est ut sit sensus spiritualia id est eterna vel potest dici quod per hoc quod dicitur spiritualia distinguitur spes ab affectione naturali per hoc autem quod dicitur eterna distinguitur a virtute caritatis et tangitur perfectio spei que est in bono perfeccione eternum vel potest dici quod per hoc quod

dicitur spiritualia tangitur obiectum genera-
le quia licet rerum malarum quae conveniunt
dici quia spes quaedam est veniae quae-
dam gratiae quaedam gloriae propter hoc
autem quod dicitur etiam tangitur obiectum proprium
[illegible] et formale sive materiale [illegible]
quintum de alia diffinitione quam ponit
liber Spes est certa expectatio
futurae beatitudinis proveniens
ex gratia et meritis quam secundum quod dicit
philosophus ponit quam diffinit illud
quod est in motu per id quod est in genere
et quia secundum expectare est quiescere
sperare quodammodo est tendere in re
speratum male ergo diffinitur per expe-
ctationem. Item omnis notificatio
debet dari per propria sed beatitudo et gratia
et merita sunt communia virtutibus
omnibus ergo inconvenienter spes diffi-
nitur ab illa. Item [illegible] quod quaelibet
rerum unum [illegible] sit unum esse et
ita una diffinitio quoniam differt
[illegible] notificatio ab aliis notifi-
cationibus quae conveniunt assig-
nari de spe. Ad [illegible] dicendum quod spes est
nomen affectionis et est nomen
virtutis secundum quod est nomen affec-
tionis sic diffinitur ab apostolo Spes
est suspiratio futuri boni secundum
autem quod est nomen virtutis et no-
minat habitum sic habet diffiniri
et notificari per suum actum actus
actus autem ille duplex est per comparationem
vel ad obiectum [illegible] et sic est illa dif-
finitio magistri Spes est virtus
qua spiritualia et aeterna sperantur
vel ad [illegible] vel principium et sic illa
ha [illegible] spes est certa expectatio
futurae beatitudinis proveniens
ex gratia et meritis vel ad obiectum [illegible]

tur autem ille duplex est et hinc [illegible] pre-
ambulata et sic est illa Augustini de
c. d. Spes est virtus qua [illegible]
sunt ad [illegible] quod credit proventura pre-
sumunt aliter etiam potest assignari dist-
[illegible] istas tres notificationes quod
prima sit formalis data per genus
et differentias secunda causalis data per actum
et [illegible] tertia [illegible] per [illegible] causalis
[illegible] formalis quod datur per speciem
et alia virtute praeambula scilicet
fidem quae tangitur in verbo cre-
denti. Ad illud ergo quod obicitur quod
expectatio est quies dicendum quod quies
est quies corporis tamen est quae-
dam sollicitudo mentis quam etiam
expectat ad animo tamen desiderant ex-
spectari expectatio vero secundum quod ponitur
in diffinitione spei non est expecta-
tio corporalis sed magis mentalis
quae est quaedam motio et protensio
respectu finis assequendi. Ad illud
quod obicitur quod si notificatio data est
per communia dicendum quod illa communia secundum quod in-
[illegible] diffinitione ponuntur [illegible] appropria-
ntur nam beatitudo appropriatur ipsi spei ra-
tione ultimae dotis quae quidem est
[illegible] tentio correspondens ipsi spei
et ea ratione qua nomine beatitudinis
intelligimus bonum excellens et
indeficiens. Similiter gratia et merita
eidem appropriantur prout insinuant
[illegible] gratia enim respicit dei benigni-
tatem et merita vero dei aequi-
tatem et iustitiam quam vero virtutis
spei est [illegible] respicere ut
libet [illegible] et [illegible]
quae [illegible] intuetur ideo
[illegible] conveniunt ipsi spei quod dicitur [illegible]

cus copia vel virtus / virtus in
quam precedentibus vel in opposito vel
in radice vel in usu sicut virtutes
accidentales sunt omnium ¶ Item queritur
de hoc quod dicit et sicut fides ita
et spes est de invisibilibus videtur
enim falsum dicere quia si fides conveniunt
in omnibus ergo sunt eadem virtutes
¶ Item in temporalibus ita bene potest
quis sperare pecuniam quam videt
sicut pecuniam quam non videt ergo
pari ratione et in spiritualibus ergo spes
non debet dici esse de invisibili-
bus ¶ Item spes respicit primum
affectum visibile autem et invisi-
bile respicit intellectum ergo si obiectum
et habitus respiciant eandem poten-
tiam male dicitur spes esse de invisibili-
bus ¶ Respondeo dicendum quod in eternis bonis
perfecte videre est sicut dicit Augustinus
ipse quod dicit Joh. xvii. Hec est vi-
ta eterna ut cognoscant te verum
deum etc. idem respectu eorundem bo-
norum spiritualium non videre et non
habere se mutuo concomitantur quia
non spes est de non habitis quia
nemo sperat illud quod habet sed illud quod
futurum est et respectu eternorum
bonorum non habitum est non
visum est non visum habitum est
quod magister dicit quod sicut fides est
de invisibilibus ita et spes nihilominus
tamen dicendum est quod fides est de in-
visibilibus secundum quod sunt invisi-
bilia spes autem est secundum quod sunt
respectu non habita sed habenda et per
hoc patet responsio ad obiecta ¶ Ad illud
enim quod primo obicitur quod conveniunt
in omnibus dicendum quod non secundum rationem res-
piciunt illud obiectum sed sub alia et
alia ¶ Ad illud quod obicitur quod in tem-
poralibus bene potest quis sperare quod vi-
det et non possidet dicendum quod non est simile
quia videre corporalia non est illa
habere sed bona eterna videre est illa
possidere ¶ Ad illud quod obicitur quod in-
visibile respicit intellectum dicendum quod
verum est sub ratione invisibilis in-
quantum potest respicere affectum sub ratione
non habiti ¶ Item queritur de hoc quod
dicit spes non est nisi bonarum
rerum et futurarum et ad eum per-
tinentium qui sperare perhibetur enim
obicitur primo ratione primi membri
quia dicit propheta habere ego si pa-
tiar tuum sperare dolore ergo spes
est malarum rerum ¶ Item sicut
concupiscit propriam exaltationem ita
concupiscit adversarii sui confusionem
ergo sicut concupiscit bonum suum ita
concupiscere potest malum alienum ¶ Item
obicitur contra secundum membrum quod dicit non
nisi futurorum quia beatitudo non est
futura nec habenda a presenti ergo si spes
non est nisi rerum futurarum nul-
lus presentis habet spem ¶ Item obicitur
contra tertium membrum quod dicitur ad eum
pertinentium quia Luce ultimo dicitur nos
autem sperabamus quod ipse redempturus
esset Israel ergo contingit sperare bo-
na non sua ergo tamen spes est respectu
boni proprii ¶ Item Augustinus dicit quod de
alterius salute desperandum est dum est in via
sed de proprio convenit desperare et
sperare ergo videtur quod de alio contingit spe-
rare ¶ Item tam fides et cari-
tas possunt non tantum esse de
bonis propriis sed et de bonis alie-

spe non similiter est secundum tempore desspe-
ro. dico quod spes est respectu futuri
boni et respectu futuri boni simpliciter sed
quod accipitur spes pro ipsa virtute respectu
futuri est inquantum distat ergo
gaudio et dolore et convenit cum
amore quia ille due affectiones
sunt respectu presentis sed iste due
respectu futurorum respectu boni
est inquantum distinguitur a timore
in po vide q no sunt iiii tra diligenda videlicet deus anima et corpus ergo q sit diuisio vide primo parum bro sententia qui secundum q in proposita dicitur assignat separatim membra in numero diligendorum tertio si ambrosius no sunt in enumerando superfluus vide q dua sunt diuinitus ¶ Iste si comparative diligendum est corpus tuum ita et corpus proximi ergo si anima tua et anima proximi constituunt denario membra diligendorum et vide q corpus tuum et corpus proximi ergo vide q v sunt comparative diligenda ¶ Item sicut comparative diligimus q est super nos et infra nos et iuxta nos sic comparative diligendum est q est contra nos videlicet inimicus seu supra anima est vide q q predictis membris deficiat vnum membrum quod q quare tot sunt comparative diligenda et non plura nec pauciora ¶ Ad dicendum q vnus diligibilium et sufficientia di pot accipi uno modo per comparationem ad ipsam dilectionem ¶ Alio modo per comparationem ad ipsam diligentem secundum ipsam dilectionem pot accipi unus et sufficientia sic cum enim dilectio sit appetitus boni in appetitu autem boni est desiderare ipsum bonum desideratum et ipsum qui desiderat et ipsum cui desiderat bonum ac desideratum hoc est summum bonum ille qui desiderat est hic caritate cui aut desideratur pot esse in quadruplici diuisa aut anima aptat summum ipsi deo aut sibi ipsi aut sibi sibi aut sibi adherendi

ideo iiii^or sunt comparative diligenda quia vnus diligendorum non accipit comparative optantis vel comparative boni optati cum sit unum sed comparative eius cui optatur q cum sit in quadruplici diuisa iiii^or sunt diligendorum membra et hoc est q superius dictum est quia expedita diuisione sumitur unus diligendorum secundum dilectionem amicitie qua dicitur huius diligere aliud cui velit sibi bonum ¶ Alio modo pot sumi vnus et sufficientia diligendorum comparative ad ipsum diligentem nam diligens aut hoc respectu ad se aut ad id q est supra se ad aut ad id q est iuxta se ad aut ad id q est infra se et secundum hoc iiii^or tantum diligenda sunt comparative et secundum hunc modum assignat Augustinus diligibilium numerum et sufficientiam in li. de doctrina christiana nec tamen assignat numerum sed et ordine debitum aut cum sic iiii^or sunt diligenda vnum q super nos est scilicet deus alterum q nos sumus tertium q iuxta nos est scilicet proximus quartum q infra nos est scilicet corpus et quia anima pot reduci ad ista iiii^or membra ideo hoc diligendorum unus et sufficientia ¶ Ad illud ergo q obiicitur q est duplex substantia quia non differunt specie proximus dicendum q quamuis specie non differunt tamen ad nos pertinentes nos caritas non dicitur operatur secundum rationem diligendi et gradum primo enim caritas non facit hunc se tende ad illa et deinde proximum illi optat

tendere ad eundem qui alat. ¶ Ad id
quod obicitur quod sacra scriptura non po-
nit nisi duo diligenda dicendum quod
in primo mandato implicat tria
mandata alia. In hoc quod dicit dili-
ges proximum tuum sicut te ipsum man-
dat homini quod diligat se ipsum et
cum ipse sit constitutus ex anima
et corpore includitur illa dilectio utri-
usque. ¶ Ad illud quod obicitur quod cum
in tribus modis est quod licet
dicendum quod verum est sed tamen caritas que dis-
ponit ad beatitudinem aliquomodo respicit
suum susceptibile. Aliquo modo respicit
illud quod est ei simile per unum ut par-
ticipans. Tertio ut comparans. Ideo
secundum istam diversam comparationem distingui
possunt diversa diligibilia. ¶ Ad
illud quod ultimus ordo quod cum ibi dimi-
so quia Ambrosius assignat in me-
bra dicendum quod illa septem reducuntur ad
ista in quo Ambrosius enim distinguit
unum membrorum istorum in ii videlicet
dilectionem eius quod infra nos est secundum
dilectionem proximi ubi est ubi connectas
quia Ambrosius considerat duas dili-
gibilium accidentales. Augustinus consi-
derat gradus et duas magis
essentiales quas appellat inferius.
¶ Ad illud quod obicitur de corpore proximi
dicendum quod tamen corpus proximi quam
corpus nostrum est infra nos non
conveniet supposito membro nec est simile
de animo suo et animo proximi quia
diversimode habet caritas comparari ad utrumque
quia ad unum sicut ad intrinsecum
ad aliud sicut ad principium ad cor-
pus autem habet comparari uniformiter ad u-
trumque cum comparatur sicut ad infe-
rius. Aliter volunt alii dicere quod di-
lectio corporis proximi continetur sub dilectione

proximi quia uniformiter comparatur
caritas ad utrumque ad animam autem
nostram et ad corpus comparatur sicut ipsum
informans et eidem influens ad
corpus non sicut eidem donans
et ipsum regens. ¶ Ad illud quod obicitur
quod ex caritate diligendum est quod est
contra nos dicendum quod illud continetur sub eo
membro quod est infra nos pro eo quod
et si multa sunt diligenda que
sunt contra nos non tamen diligen-
da in eo quod sunt contra nos scilicet
ratione culpe sed in eo quod sunt infra
nos hoc est secundum conformitatem
nature

Inter ista sunt dubitationes circa
litteram et primo queritur de hoc quod
dicit: Nec solum preceptis opus erat
sed etiam tradi ut quis se vel corpus
suum diligat. Hoc enim non videtur
verum quia si precepta data sunt
ad dirigendum affectiones nostras cum
maxime contingat unumquemque currere circa
dilectionem sui videtur quod de hiis debent
maxime precepta dari. ¶ Item in pre-
ceptis caritatis non precipitur
amor carnalis sed spiritualis sed
difficillimum est se ipsum spiritualiter
diligere sed hoc necessarium est ad salutem
videtur quod hic debent specialiter precipi
si dicas quod non oportet precipere quia
in aliis duobus preceptis includun-
tur quoniam quemadmodum dilectio proximi
includitur sed contra. ¶ Respondeo dicendum quod
triplex est ratio quare non oportet
specialiter mandatum dari de dilectione
sui vel corporis una est quam reddit
Augustinus et habetur in littera quia satis
intelligitur per hoc quod dicitur sicut te
ipsum. Alia ratio est quia ad hoc ipsum
inclinat natura. Tertia ratio est quia de

ligere dominum ex toto corde et ex toto
anima et ex tota mente hoc est se
ipsum spiritualiter amare ille enim
se spiritualiter amat qui cor et cor
pus ad honorem dei totaliter ex
ponit et sic dilectio ipsius im
plicatur in illis duobus mandatis
et quamvis hoc exequitur primum man
datum facte hoc et rectitudinem
hoc ad diligendum se ipsum et propterea
non obtinet tertium mandatum
addi secundum quod dicit Aug et per
hoc patet determinatio aliorum Ad
illud quod obicitur quod circa dilectionem
sui est obligatio et difficul
tas iam patet x° quod satis insi
nuatur homini per illa duo manda
ta ad obligationis et difficultatis
illius remotionem ¶ Ad illud quod
ultimo queritur quare non se
implicite datur mandatum de dilec
tione proximi sicut de dilectione
sui dico quod ratio huius est quia
non est ita inclinatio naturalis et
appetitus naturalis tantum ad alterum sicut
tantum ad se ipsum et propterea dif
ficillimum est proximum diligere
maxime quando est ei adversarius
ideo congruum fuit de hoc speciale
mandatum dari ¶ Item queritur
de hoc quod dicto mandato est omnes
homines proximum esse designandum
obicitur enim de beata virgine si enim
proximus est ille qui est iuxta
nos et beata virgo non tantum supra
nos sed supra angelos exaltata
est non videtur quod tantum diligenda
sit ut proximus sed magis ut domina
¶ Item homo veneranda est beata virgo
speciali honore qui dicitur yperdulia

quo speciali amore amanda non
ergo videtur quod sub nomine proximi in
telligatur propter quod intelligimus illud
quod est iuxta nos ¶ Ex° dico quod nomine
proximi intelligitur omnis homo om
nis persone cuiuscumque dignitatis
cuiuscumque virtutis sit et dilectio
gloriose virginis includitur sub
dilectione proximi ¶ Ad illud
quod obicitur quod non est iuxta nos
sed magis supra dico quod licet sit supra
nos ratione dignitatis gratie et
condicionis nobilitate est tamen
iuxta nos secundum conformitatem nature
et quamvis dilectio respiciat similitudinem
honor autem respiciat sublimitatem
hinc est quod dilectio eius generaliter
sub dilectione proximi continetur
veneratio ipsius aliis superpon
itur est tamen quod ipsa speciali af
fectu ab omnibus diligitur ¶ Sed ex
hoc non sequitur quod dilectio eius non
debeat sub dilectione proximi contineri
quia quantumcumque aliqua creatura
magis affectu sit amanda propter
ipsa tamen caritas ordinat amantem
dum ad diligendum salutem propriam
sicut melius infra manifes
tabitur per hoc patet x° ad obiecta que
ipse arguunt de dignitate sublimitatem
cum obicit quod beata virgo est
supra nos secundum quod est veneranda
sublimitate non proximum continetur quan
tum ad nature conformitatem secundum quod
est diligenda ¶ Item queritur de
hoc maius est praecepto dilectionis
erga sanctos angelos continetur ¶ Et quod
sed angeli quantum ad dignitatem
nature et quantum ad eminentiam gratie et gl

ad excellenciam glorie super nos sunt
quo videtur quod non debeant proxi-
mi sed domini reputari ¶ Item
proximus dicitur noster est qui facit pau-
lominus ab angelis minoratus
secundum quod dicitur in psalmo quo videtur
quod non dicantur proximi ipsi angeli
sunt sicut domini nostri non sicut
proximi reputandi ¶ Responsio dicendum quod
quamvis angeli super nos sint
tunc quantum ad dignitatem nature sive
quantum ad plenitudinem gratie tamen
quantum ad actum dilectionis non
sunt super nos diligendi. propter eo
quod caritas nostra principaliter respiciat
summum bonum inquantum facit tendere
eo ad quod inclinat secundo non solum
quod informat Caritas non respiciat
aliud solum considerare a quo legat quam
tamen creatura sit excellens
in se ipsa tamen secundum legem caritatis
minor est et ideo sub nomine proximi
dicitur contineri ¶ Ad illud quod obicitur
quod super nos sunt sub ratione et nature
et gratie glorie tamen patet Responsio quia quamvis
sint super nos non secundum or-
dinem universi non tamen sunt super
nos secundum ordinem caritatis. preter
et aliter dicitur quod quamvis sint super
nos ratione simplicitatis spiritualitatis et in-
corruptibilitatis sunt tamen infra
nos ratione ymaginis secundum quam
nos et ipsi homines in medietate ordinis
ordinantur et ratione huius possunt
nomine proximi appellari et per hoc patet
Responsio ¶ Ad illud quod obicitur de Christo dicendum quod
illud dicitur ratione passibilitatis assumpte
Item quamvis dictum sit quod debet Christum inqu-

tum homo diligere sicut nos
ipsos quia Christus est caput nostrum
secundum conformitatem nature assumpte sed
caput magis est diligendum quam
aliud membrum quo plus debemus
diligere Christum secundum quod homo quam nos
¶ Item plus debemus diligere redem-
ptorem sed Christus inquantum homo est
redemptor quo Christum inquantum
est homo debemus diligere plus quam
nos ¶ Responsio dicendum quod cum dicitur Christum
inquantum homo diligendus est quam
nos vel plus quam nos hec deter-
minatio inquantum potest importare boni-
tatem persone vel conditionem nature nostre illud
quod donum fuit super debitum nostrum et si im-
portet unitatem persone sic diligendus
est super nos quia sicut super
nos est noster creator redemptor
et salvator si non importet conditionem
nature assumpte sic diligendus est iuxta
nos et sic proximus noster unde
si consideremus Christum solum ratione hu-
manitatis hoc est pure ratione
nature create non debet ei prioritas prioritas
dilectionis sicut nec adoratio latrie
nec sic non dicitur redemptor nisi vel
caput quia tamen ratio redemptoris
quam capitis respiciat personam secundum
utramque naturam et per hoc patet responsio
ad obiecta ¶ XXIX

Post predicta de ordine caritatis
agendum est super dictam ma-
teriam declarate quantum ad certum et
distinctum quantum ad diligibilium unum
et dilectum hic sequitur tercia pars in
qua determinatur de ipsa quantum ad di-
ligendi ordinem Unde ante
pars ista in tertio ... inquirendum debeat
de ordine caritatis ... ad ea

que p[er] caritate diligu[n]t ¶ Secundo
p[ro]p[ter] co[m]parationem ad ea [...] que
p[er] caritatem impediu[n]t ubi unde
et s[e]c[un]d[u]m h[oc] sepe no[n] go ¶ Tercio p[er]
co[m]parationem ad gradus qui in ca-
ritate reperiu[n]t[ur] ubi Sacram[entum] q[uod]
est diu[er]sos esse caritatis ¶ Prima
et ultima p[ar]te veniabus in di-
media p[ar]s dividit[ur] in p[ar]tes duas
in q[ua]rum p[ri]ma ponit magister circa hanc
materiam diversorum opiniones in s[ecun]da
dissolvit incidentes dubitaciones
ubi Solet eciam queri si parentes vestr[i]
¶ Prima p[ar]s dividit[ur] in partes
tres in q[ua]rum p[ri]ma opponit ad p[ar]tem
unam ¶ Secunda no[n] opponit ad p[ar]tem
alteram ubi Ambrosius obiciat [...]
preceptum legis ¶ Tercia no[n] sub-
iungit opinionem suam ubi Verum
quia premissa ubi dubio reor
¶ Secunda alia p[ar]s in qua removentur
dubitaciones incidentes tres hab[et]
partes s[ecundu]m tres dubitaciones
quas dissolvit quarum prima c[on]-
tinetur co[n]tra alia prima dissolvit ubi
Solet queri si parentes ¶ Secundam
ubi Unipsti latebrosa go h[ic]
tercia ubi Solet queri cum deus
precepit inimicos diligere ¶ Prima
harum p[ar]cium patet et manifesta
co[n]gruus q[uod] dicit in littera

Ad intelligentiam autem huius
p[ar]tis querit[ur] h[ic] de ordine
caritatis circa h[oc] aut[em] incidunt
vi. dubitabilia ¶ Primum est de
ordine caritatis quantum respectu
diligendorum ¶ Secundum est de or-
dine ipsius p[er] co[m]parationem ad
deum ¶ Tercium est de ordine eius-
dem p[er] co[m]parationem ad proximum
¶ Quartum est de ordine ipsius
p[er] co[m]parationem p[ar]tis ad filium ¶ Quintum
est de ordine ca[ritat]is p[er] co[m]parationem de
inimicitia ad co[n]venie[n]d[um] ¶ Sextum et
ultimum est utrum ordo caritatis at-
tendat[ur] quantum ad affectum et a[d]
simul ad affectum et effectum

Circa primum sic p[ro]c[edi]t[ur] et querit[ur]
utrum ordo sit in caritate
i[n] diligibilium et q[uod] sic unde ¶ Cant[ica]
ii. ordinavit in me caritatem sed
ordo caritatis non attenditur
nisi in diligendis go [...] ¶ Item
Aug[ustinus] de doctrina christiana d[icit] q[uod]
primo diligendus est deus qui e[st]
supra nos ¶ Secundo q[uod] nos sumus
¶ Tercio q[uod] iuxta nos ¶ Quarto q[uod] i[n]
nos go s[ecundu]m h[oc] p[ate]t q[uod] ordo est
in caritate respectu diligendorum
constat enim q[uod] illa no[n] ordinant[ur]
ad invicem s[ecundu]m ordinem temporis
s[ed] s[ecundu]m ordinem excellencie et dig-
nitatis ¶ Item h[oc] ipsum ondit[ur] ducte
dubio qui assignat in litera ordi-
nem caritatis in dil[igen]do si ergo ver-
te unde q[uod] ordo ponendus sit in
caritate respectu eorum que ca[ri]tate
diligunt[ur] ¶ Item h[oc] unde veme ca-
ritatis est vetificare affectum sed
affectus non est verus n[isi] [...]
manus bonum amori bono et h[...]
dicat ordinem go in caritate po-
nendus est ordo ¶ Item cari-
tas diligit plura diligibilia aut
ergo eque p[rim]o aut no[n] eque p[rim]o h[oc]
constat tum caritas [...] sit
unus et unus [...] unum p[...]
est obiectum ¶ Si no[n] eque primo ergo unum
prius relinquit p[er] posterius go [...]
ibi n[ecess]ario ordo ¶ Item [...]
expetit ordo amori debitus

quam tali. Sed videmus amore
dei fuisse ordinatum esse respectu dili-
gibilium ergo multo fortius videtur
esse caritas amore delibatum sed
talis est amor caritatis ergo etc.
¶ Contra ordo presupponit distinctionem
ergo ubi non est distinctio ibi non
est ordo sed caritas respectu diver-
sorum diligibilium non est distincta
nec multiplicata ergo nec respectu
eorundem erit ordinata ¶ Item ubi-
cumque est ordo ibi est proportio sed di-
ligibilium per caritatem nulla est propor-
tio creati ad increatum medietatum vel
nulla est proportio corporis ad spiritum
ergo si non est ordo vel proportio inter
diligibilia videtur quod caritas respectu
eorum non sit ordinata ¶ Item
ordo maxime spectat ad cogni-
tionem quia sapientis est ordinare
ergo si non ponitur ordo in cognitione vel
cognoscendorum multo magis non debet
ordo poni in caritate respectu di-
ligendorum si tu dicas quod ordo est
in fide obiective de ipsa fide que est cogni-
cio tamen qua credimus diversi
articuli se invicem concedentes secundum
gradum et dignitatem sicut illi qui sunt
de divinitate precellenciores sunt quam
illi qui sunt de humanitate Contra ergo
non ponitur ordo in fide respectu credi-
bilium non debet poni ordo in caritate
respectu diligibilium ¶ Item sicut in
fide una est ratio credendi scilicet prima
veritas Sic in caritate una est ratio
diligendi scilicet summa bonitas sed propter uni-
tatem rationis credendi fides omnibus
articulis assentit equaliter ergo
pari ratione videtur de caritate quod et

ipsa omnia diligenda debeat diligere
equaliter ¶ Item caritas quadam
naturali inclinatione inclinat ad dili-
gendum si ergo ipsa est habitus unus
et idem semper est natum facere
idem in hiis que naturaliter inclinat
ad aliquid unum ergo quod caritas actio
uniformiter et equaliter moveat ad
amandum omne diligibile ¶ Item si
ordo attenditur in caritate aut
attenditur quantum ad habitum aut
quantum ad actum quantum ad habitum
non constat cum ille sit unus
et idem sed quantum ad actum ergo in
quem in dormiente non sit caritas
ordinata cum in eo non concurrat
actum suum est igitur ergo petens quod
attendatur ordo in caritate et
quare magis attendatur ordo in
ipsa quam in alia virtute cum omnes
virtutes sicut dicit Augustinus in libro
de moribus ecclesie sit amor ordina-
tus et rursus cum circa omne
bonum sit motus passiones et ordo et
parvus caritas dicatur ordinata
quam moderata ¶ Ad predictorum
intelligentiam est notandum quod caritas
est vinculum ligans unde illud
quod dicit Apostolus Colossenses iii vo-
cat eam vinculum perfectionis et
Dyonisius in iiiio de divinis nominibus dicit quod
amor est virtus unitiva vir-
tus amor caritatis sit amor
maxime liberalis multa complec-
titur et in unum colligit unde
caritas non tamen venit finem eius
inquam cum sed est quadam modo ligat
ea quod nati est ad eiusdem finem per-
venire nec tamen est caritas vin-
culum ligans sed etiam pondus in

inclinatus quod non est pondus in
corporibus hoc est amor in spiritua-
libus Quia igitur unumquodque per suum
pondus habet ordinari et caritas
pondus est et equa ponderatrix
sicut est quod ipsi caritati maxime
competit ratio ordinis et quia ipsa
est vinculum ligans et complectens
multa ideo non tamen ordinat ipsum
diligentem in fine sed etiam ad ipsa
dilecta secundum quod ratio diligendi ipse
spiritus caritatis diverse competit
ad illa concedende sunt igitur voces
audientes caritatem esse ordina-
tam respectu eorum que sunt ex cari-
tate diligenda ¶ Ad illud autem
quod primo obicitur quod ordo presupponit
distinctionem dicendum quod ordo attenditur in
caritate vere spiritus relati ad
actum et obiectum quamvis autem in
veritate non sit distinctio ex parte
spiritus est tamen distinctio ex parte
eorum diligendorum et ex parte actuum
vere tamen diversitatis man-
data caritatis sicut multiplicari et
ipsa caritas habet ordinari ¶ Ad illud
quod obicitur quod ubi est ordo ibi est
comparatio dicendum quod comparatio dupliciter accipi-
tur stricte et large si stricte dicatur
comparatio sic dicit quandam quesunt
tenem et est rerum eiusdem generis
et hoc modo non habet veritatem pre-
dicta propositio quod ubicumque est ordo ibi
sit comparatio si vero accipiatur large
ut dicitur comparatio est bonum creati
admirativum et est ordo secundum quod cor-
ratis et quantitatis finis cum dig-
nior est et excellentior et propin-
quis que sunt ad finem et quanto

adhuc attenditur ordo in caritate ¶
¶ Ad illud quod obicitur quod ordo magis
videtur spectare ad actum cogni-
tionis sapientis sit ordinare dicendum
quod primo distinguendo quod duplex est
ordo quidam partium in toto et rerum
in universo quidam vero eorum que sunt
in fine ad ipsum finem et primus
ordo principaliter pertinet ad cognitionem
secundus tamen principalius competit
vie affectionis et dilectionis cum est
in fine in inclinare ordo autem ca-
ritatis attenditur per comparationem ad finem
et ideo non est simile de ipsa et de
spiritu cognitionis aliter potest dici quod ordo
in spiritu attenditur per comparationem ad ac-
tum et obiectum sicut prius dictum
est Quia igitur summa bonitas aliter
et aliter habet comparari diversis diligibilibus
et ab eis habet participari secundum plus et
minus ut patet in corpore et spiritu sicut
est quod amor caritatis dicitur ordi-
natus per hunc etiam modum si quis
spiritus cognitionis consideret aliquid
in quibus sit maior et minor
veritatis evidentia utique in tali habet
reperiri ordo sicut prior est prima
principiorum quam conclusionum et sic potest
ad illud videri per interemptionem et si
obiciat de fide dicendum quod non est
simile omnes enim articuli ad sui
notitiam veritate uniformiter comparan-
tur quod a fide accipiunt fides enim
incredendo omnes articulos assen-
tit per unum intellectum tamquam dicenti
et assentit ideo uniformiter et equa-
liter omnes illos credit ¶ Ad illud
quod obicitur quod una est ratio dilige-
di in caritate sicut una ratio

credendi in fide dd q et si una
sit non tamen sit uniformit
hz comparari ipa caritas ad di
ligibilia sicut ipa intas ad cre
dibilia plus enim est optabilis ipa
summa bonitas dei qui nob et
ipm uro qm corpi ideo non
est sile hinc et inde ¶ Ad illud
q obici q idem maius idem
intu est facere idem dd q illud
hz intate d eo q nalit inclina
tum vone sui qm vone sibi ad
iuncti et h respon cuiusd obi nam
quidm diuersitate obiorum sit diuersifi
catio operum sicut sol amp illumi
nat cristallu qm illuminet lapides
ul lignum utrorumz aut horum defiat
in caritate nam ipa caritas vera
est quus voluntatis et simil
tum illa hz modum que quidem
voluntas potie inclinat ad ipa
volita qu unum obiorum est mag
amale qm reliquum sicut unum
corpus est magis illuminat qm
aliud et ad eorum lune magis
illustret ¶ Ad illud q ultimo
obici utro attenda quitum ad ha
bitum aut quitum ad actu et obiu
unde quis habitus caritatis sit
unus tn dr ordinatus eciam
si non sit in actu quia habilitat
animam ad hoc ut ordinate moue
atur unde iustus dormiens
dicat hre caritate ordinata ex
hijs aut que dicta sunt patet
quare caritas magis dicatur
ordinata qm virtus alia magis
ens dr ordinata qm modifica-

h enim est qpprm 3 ipius sil hre
vincem unde ligantis pondis
inclinatis pondus aut ordinem
cernendet
S ed queritur de ordine cari
tatis pproprium uir addin
et est quo utro caritas in dili
gendo ppondat deum nobis et q sic uidetur
primo p illud mandatum Deutro
Diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo ex toto anima tua hoc
dr esse primum et summum madatum
Si ergo nulli alij preponit ut in
pendamus totum affectum n soli
deo uidetur q in dilectione caritatis
deus teneat primum et summum loca
locum ¶ Item hoc idem ondit per
Aug et Ambros quorum utroz sic
in lra ponit in ordine diligendo
deum nob pponit ¶ Item h ipm uidetur
primem quodam pphe q unumquodq est
magis si caritas q q diligit
pprer deum ergo primo et principalit
et maxime diligit ipm deum ergo
secundum ordine caritatis deus ppo
nitur nobis ¶ Item secundum q dicit
phus sic dicitur finis magis est
eligendus qm ea que sunt ad finem
Sz ad ordinem caritatis spectat
ut magis diligat ea que sunt
magis eligenda Si ergo bonum
increatum est finis et bonum
creatum q est ad finem uidetur ergo
q in ordine caritatis semper
bonum increatum q est deus ppo
natur bono creato q nos sumus
¶ Sz contra gra est pfecto nature
natura aut caritatis gra magis
diligit se ipam qm deum Si ergo

d

psos non pertinet ordinem sui ipsa
videtur quod idem ordo in caritate
beati salvari quia caritate magis
debemus diligere deum nos simul ipsos
quam deum ¶ Item si aliquid unum ad
datur aliquibus equalibus utrumque
est illa post additionem esse que
lia sed amor nostri ante adventum
caritatis proponderat amori dei quia
et post ipsius adventum quia secundum
ordinem caritatis magis debe
mus diligere quam deum ¶ Item
affectus amoris sequitur notitiam
cognitionis magis enim non possumus
diligere sed magis cognoscimus nos
met ipsos quam cognoscimus deum
quam deum in statu viae vi
detur quod ad ordinem caritatis spectat
plus nos quam deum diligere secundum
statum presentem ¶ Item videtur
quod saltem equaliter quia quantum ali
quis diligat deum tantum diligit
se met ipsum quantum appetit
frui deo tantum appetit suam bea
titudinem appetit tamen se diligit
ergo videtur quod quantum quis diligit
deum tantum diligit se met ipsum ¶ Item
motus caritatis in deum finitus
est cum sit a virtute finita similiter
motus caritatis in se ipsum et
possibile est motum caritatis in
deum remitti et motum carita
tis in se ipsum intendi sed quando ali
qua duo sunt finita quorum
unum intendit et aliud remittit
ita possibile est illa pervenire
ad equalitatem ergo videtur quod equa
liter possumus nos et deum equa
liter diligere et per consequens idem quod prius

¶ Item amor est unitivus virtus unitiva
impossibile est quod aliquis uniat
alium magis quam sibi ergo impossibile
est magis alium amare quam se
ipsum non videtur quod in caritatis ordine
deus nobis ipsis sit preponendus
¶ Ad oppositum quod secundum ordinem caritatis
deus preponendus nobis est in tan
tum ut amor nostri nec equari
possit nec preponi amori dei salu
bri. Responsio. Hoc caritatis ratio
ne habet esse ista quod caritas
facit deum diligi tamquam finem
in ultimum ultimum et tamquam summum
bonum et quia finis ultimus est
unus solus summum bonum solum
non habet aliquid superius se vel
sibi equale hinc est quod secundum
caritatis legem impossibile est aliquem
plus deo vel equaliter ipsi deo
amare caritas enim qua diligit
deum sicut summum bonum diligit
eum super omnia que diligit ipsum
sicut finem ultimum diligit eum propter
se quod autem diligitur propter se et super
omnia diligitur dilectione fru
itionis quod non propter aliud diligitur
diligitur dilectione usus tamen quia
caritatis sit omnia ad deum tam
quam ad finem ultimum referre
sicut pondus est terre ad locum
proprium inclinare hinc est quod cari
tas facit nos deum plus quam nos
met ipsos diligere unde concedende
sunt rationes que sunt ad illam
partem ¶ Ad illud quod obiicitur quod
gratia est persona non videtur quod in uno
est considerare aliquid primo primum

porcionis et aliquando per modum puni-
tionis et defectus et corrupcio-
nis illud autem quod semper est in
uno per modum porcionis agitur sed perfi-
ci et salvari quod autem est ubi per
modum corrupcionis et privacionis
agitur sed corrigi et suppleri ideo
ergo dicitur quod necesse est prius se ipsam
quam deum diligere dicendum quod hoc non est
conclusio recepta in materia spectantibus ad
eius perfectionem sed processus ad ip-
sius corrupcionem ideo non sequitur
hoc propterea habet amorem ¶ Ad
illud quod obicitur quod si unum addatur
in equalibus ad hoc erunt inequa-
lia eadem in equalitate qua prius
dicendum quod illud habet veritatem quando ad
dictum equale respiciat utrumque illorum
in equali. Hic autem non est in oppo-
sito nam caritas principaliter
respicit illum affectum hominis qui
est in deum quam illum qui est in se
ipsum unde in adventu caritatis
minuitur amor sui et intenditur
amor dei ¶ Ad illud quod obicitur
quod affectus sequitur cognitionem dicendum
quod affectus debet sequi cognitionem
non solum a parte claritatis in cog-
noscendo sed etiam a parte bonitatis
considerante in ipso cognito licet
autem clarius cognoscat se ipsum
homo quam deum tamen nullus sane
caritate estimat se tam bonum
et tam amabilem quantum estimat
deum et ideo dilectio sequens cog-
nitionem ipsum deum habet in dili-
gendo magis quam se ipsum ¶ Ad id
quod obicitur quod quantum quis diligit
deum tantum desiderat frui deo dicendum
quod duplex motu dilectionis contin-

git deum diligere videlicet affectu
amicicie et affectu concupiscencie sive de-
siderii cum ergo dicitur quantum quis
diligit deum tantum desiderat frui
deo diligere potest dici motu amicicie
vel motum concupiscencie si dicatur mo-
tum concupiscencie absque dubio veri-
tatem habet sed hic motus non ponit
in animo tantam dilectionem et
ideo non sequitur conclusio quod equaliter
deum et nos diligamus diligere enim
nos concupiscencie non est aliud
quam summum bonum nobis optare
¶ Si non diligere deum dicat motum
amicicie tunc hoc quod est quantum et
tantum possunt importare proporcionem
ut sit sensus ¶ Si multum vis
deo bonum multum desideras
frui deo vel potest importare propor-
cionis conmensuracionem sive equa-
litatem ¶ Primo modo habet veritatem se-
cundo modo veritatem non habet paritatem
tem enim diligo summum bonum deo
et summum bonum michi ita quod
volo quod deus habeat summum bonum
et pro summo bono precium mi-
chi non commensuracionem et multo ma-
gis opto sibi quam michi et ideo
non sequitur conclusio quod amor dei
possit equari vere salva caritate
sive ex amore alicuius creature
ut potest amor glorie et fruicio-
nis dei sive beatitudinis creature possum
ex videri alias per intemptionem
ad illud quantum desideras frui
deo tantum diliges tenet ipsum potius
quod quantum et tantum dicunt commensura-
cionem quia potest quis desiderare

fini deo propter se et super omnia quia
ius nullo modo concedendum sit quod
operante diligat se propter se et super
omnia. Ad illud quod obiicitur quod mo
dus caritatis in deum est finitus
et in nos ipsos similiter et ita per
intensionem et remissionem possibilem
equari. Dico quod licet utrumque sit finitus
quia autem finita precedit
tamen tamen infinitus obiicitur unum quod
cedit reliquum in infinitum nec
est hic inconveniens quia finitum
potest aliud finitum excedere in infi
nitum sicut linea punctum et super
ficies lineam nec potest infinita
puncta non faciunt lineam equalem. Sic a
mor ipsarum creaturarum secundum le
gem caritatis non potest equari
amori caritatis. Sic enim compu
tis nunquam potest constitui linea sic nec
ex infinitis bonis creatis potest
constitui summum bonum ante venal
amor autem dei salva caritate
nunquam potest sic remitti quod deus
diligatur ut finis et ut primum
bonum nec amor creature ita
potest intendi quod creatura dili
gatur ut bonum ad summum bonum
ordinatum et ideo non sequitur
quod motus ille ad equalitatem
venire possunt. Ad illud quod obiicitur
quod nunquam potest magis alium amare
quam sibi videri potest duplex proprium
quod hic potest intelligi de amore quod
ad malum concernat vel quantum
ad amoris inherentiam primo mo
do verum est secundo modo falsum quia hic se
cundo modo amor dei verus ut
intima. Alio potest dici quod deus

magis est intimus unicuique
rei quam ipsi sibi et plus presens
esse ad conservante quam aliquibus
principiis intrinsecis et complemen
tum beatitudinis spiritus rationalis habet
adeo non a se ipso et ideo cum
dicitur quod nunquam potest alium magis
amare quam sibi ipsi. Si hic intelli
gatur de ipsis creaturis in quantum
huiusmodi potest. Si non intelligatur de ipso
deo in quantum non licet. Deus enim inti
me illabitur ipsi anime et ideo ipsa
quantumcumque medullitus afficiamur licet
deo adherere et tunc licet caritatem
amplius tendit in ipsum quam in se et in
eo requiescit amplius quam in
se quia melius est deus ei quam
ipse sibi

Tercio queritur de ordine carita
tis respectu partium aut ad proximum
et est quod utrum secundum ordinem cari
tatis preamandum sit bonum proprium
bono spirituali proximi et quod sic videtur
per Augustinum super auctoritatem Augustini et Ambrosii in
libro qui in medio est per dilectionem dei
ordinatur dilectionem sui. Item ecc-
lesiastici. Qui sibi nequam est cui a
lii bonus erit. Philosophus in quarto quod non
potest aliquis alium ordinate diligere
nisi prius ordinate diligat se.
Item Augustinus in enchiridion tractans illud
Eleemosynam date et omnia mun
da sunt vobis. Qui vult ordinate
eleemosynam dare a se debet incipere et eam
sibi primo dare est enim eleemosyna
opus misericordie iuxta illud est mi
serere anime tue placens deo. Si
ergo prius debet homo sibi misereri quam

alii videtur quod secundum caritatis amor sui sit amor proximi preponendus. ¶ Item sicut natura appetit suam conservationem sic caritas suam perfectionem, sed natura magis appetit conservationem sui in se quam in suo simili ergo et caritas plus appetit perfici in se ipsa et in anima qua est quam in te aliam appetit perfici in anima aliena ergo secundum ordinem caritatis amor sui premitti debet amori proximi. ¶ Contra. i Cor. xiii caritas non querit que sua sunt et item alibi nullus quod suum est querat sed quod alterius ergo videtur quod caritas secundum suam perfectionem magis inclinat ad amandum alterum quam ad amandum se ipsum. ¶ Item Aug. xxx super diliges proximum tuum sicut te ipsum hoc quod est sicut aut est nota similitudinis aut equalitatis. Si similitudinis tunc tali ratione possem dicere diliges proximum tuum sicut deum sed equalitatis ergo non videtur quod sit ordo dilectionis respectu mei ad dilectionem respectu proximi. ¶ Item Greg. in quadam omelia non habet ad se ipsum quis caritatem dicitur ad hoc enim ut caritas sit necesse est ut dilectio in alterum tendat ergo caritas plus ordinat hominem ad alterum quam ad se ipsum ergo in ordine caritatis videtur quod nobis premitti debeat proximus. ¶ Item caritas est amor liberalis sed liberalitas magis attendit respectu alterius quam respectu sui ergo amor caritatis magis caritatis magis consistit in amando alterum quam in amando se ipsum

¶ Item amor caritatis superveniens tollit naturam ipsi ut sicut patet quia tamen homo plus diligit se quam deum ante caritatem post adventum caritatis vertitur ordo ut plus diligit [illegible] deum quam se ipsum. Si ergo mutat ordinem quantum ad dilectionem dei pari ratione quantum ad dilectionem proximi videtur ergo quod dilectio proximi preeminenter sit secundum ordinem caritatis dilectioni respectu mei. ¶ Item caritas facit nos conformare voluntatem nostram voluntati divine sed deus non magis diligit nos quam proximos nostros immo magis diligit proximos nostros si sunt meliores nobis ergo videtur quod secundum ordinem caritatis plus debet diligere proximum quam me ipsum. Si tu dicas quod deus non vult quod conformemus voluntatem nostram sibi in hoc [illegible] sed quia deus vult quod nos magis desideremus honorem suum quam quam ad [illegible] est quod magis amemus et appetamus illud quod magis est amandum et appetendum sed salus ceterorum animarum magis facit ad honorem dei et magis appetenda est quam salus unius anime. Si tu nomine proximi intelligas animas hoc videtur quod amor proximi preponendus est amori sui et hoc confirmatur per illud quod dicit apostolus Ro. ix optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis. ¶ Contra. Videtur quod secundum ordinem caritatis amor salutis proprie preponendus amori salutis aliene secundum quod dicitur [illegible]

in venit manifeste et specialiter circa
quod corporat et dicit medicum bonus
recte et instructus non vero cum hoc
est quod unumquodque plus appetit per
fectionem in toto ipso quam in suo simili
et quibus pondus plus trahit
corpus in quo est secundum quod debetur
quam trahat aliud corpus illi an
nexum huic est quod caritas primus
desiderat deum nobis uniri et in no
bis habitare et nos in ipsum deum
tendere et in eo quiescere quam appetit
in aliquo alio quam nobiscum habitat alio
quam similitudine concedere. Sic igitur
boni credentes quod in ordine ca
ritatis perfecte diligitur sui dilectione
ipsius proximum et hinc signum est
quod illi reprehenduntur et stulti re
putantur qui salutem propriam negli
gunt et ei preferunt alienam hominis
cuiuslibet signum est quia si homo cum cari
tate debet diligere proximum quam se ipsum
ita quod esset ibi aliqua equalitas
iam duos proximos debet diligere
duplo quam se ipsum et tres in triplo
et sic ulterius ascendendo quod in illa
parte caritate reperitur contingit quam
numquam perfecto ¶ Ad illud quod primo arguitur
quod caritas non querit que sua sunt dicendum
quod primum idem est proprium aut querere hoc
est duplex. Uno modo proprium dicitur cum
passione et concludit bonum quod et
isto modo sonat iniquum et specialiter
ipsam acceptam consueverunt dicere quod
libido est amor boni proprii et contra
ad hunc modum dicit Apostolus quod ca
ritas non querit que sua sunt Alio
modo dicitur bonum proprium quod pertinet

ad se ita quod in appetitu illius boni
voluntas non repugnat divine vo
luntati pendit tamen utiliter sicut et
appetitus salutis proprie et isto modo
diligit quis se ex caritate et sic
accipiendo non negat apostolus quin
homo per caritatem debeat quod primum est quere
re tamen per se nec tamen cupit dissolvi
et esse cum Christo sicut dicit ad Phil. 1.
¶ Ad illud quod dicitur quod secundum divinum manda
tum debet homo diligere proximum si
cut se ipsum dicendum quod sicut non est
nota perfecte equalitatis sive convenien
[illegible] secundum [illegible] similitudinis que nihil
attendit quod homo debet diligere proxi
mum ad idem bonum ad quod diligit se ipsum
et per salutem propriam magis tamen debet
desiderare sicut salutem alienam
et ideo non videlicet idem quod obiicitur quod sicut
debet dici in mandato illo quod dili
ges proximum sicut deum ¶ Ad illud quod
obiicitur de amore Gregorii quod caritas
magis proprie ordinat ad proximum quam
ad se ipsum dicendum quod non est sic dicendum
quod caritas per prius respiciat ordi
nem hominis ad proximum quam ad se ipsum quia
non sufficit quod aliquis amor sit
caritas ut homo amet se ipsum
licet cum amor caritatis a se ipso inci
piat debet in alterum protendi ¶ Ad illud
quod obiicitur quod caritas est amor libera
lis dicendum quod quamvis liberalitas communiter
ad suum inimicum primus respiciat ipsum
quam liberalitate impedit et sic et
una de qua dictum est quod primum debet homo
sui ipsius misereri ¶ Ad illud quod obiicitur
quod caritas proveniens tollet cupidita
tem dicendum quod quedam est caritas non que

sonat in mente et corrupcione
quedam que respiciat ipsius nate
intrinseca inclinacione ¶ 4a est qua
quis diligit se plus quam deum secunda
qua quis diligit se plus quam p
ximum gratia aut supponens per
mam corrigit et tollet secundam non
dirigit re ea tenet et sic racio
illa non valet quod non est sile
sunt et inde ¶ Ad illud quod obicitur
quod debemus voluntate nostram volu
tati divine conformare dicendum quod deus
tamen dicat alterum alio magis dili
ge hoc non est quia intensius di
ligat unum quam reliquum est circa a
morem ipsius nec cadat intens
io nec remissio sed hoc dicitur quia unum
ordinat ad maius bonum quam re
liquum et hoc bene possumus conari quod quis
magis debet diligere proximum quam
se tamen proximus ipsum excedat in
merito sed contra hoc sequitur quod amor
proximi melioris correspondet amori
sui ordo enim caritatis non at
tendit penes magnitudinem
boni optabilis sed penes correspondenciam
amorem affectionis diligentis
et si tu obicias quod deus vult
quod magis amemus honorem suum
quam quemadmodum nostram et magis appe
tenti quod est magis appetendum
dicendum quod verum est quod dei honor plus
debet in corde nostro correspondere
quam nostra quemadmodum cum caritas in
quam respicit honore dei quemadmo
dum spirituali nec est voluntate
divine ut nos petamus aliquid quod
summi deminutio salutis nostre propter
honore suum sicut enim continet quod non

appetere verum ¶ sit carnale et que
appetere deo placere et deo adherere
inter angelis corrigit ut magis
salute aliena quam propriam diligat
et quod dicitur apostolus quod optabat ana
thema a christo esse pro fratribus hoc in
telligitur ad tempus ut sub condicione
videlicet si optabile esset

Quarto queritur de ordine cari
tatis per comparationem patris ad
filium et queritur utrum magis sint
diligendi parentes quam filii an econverso
et quod primo sint diligendi parentes
videtur primo per mandatum dominum
precepit enim honorare parentes honor
ra honora patrem tuum etc si ergo
mandata dei tradita sunt secundum
ordinem caritatis videtur quod amor
caritatis principaliter ad parentes
quam ad filios sit ordinandus ¶ Item
Augustinus ambros quae habet in litera dicit
enim quod primo diligendus est deus secundo
parentes deinde filii ¶ Item hoc ipsum
videtur racione quod secundum lege caritatis
grati debemus esse de beneficiis ac
ceptis sed plura beneficia accepimus
a parentibus quam a filiis ergo magis
debemus eis esse gratos sed qui ma
gis est gratus alius magis ipsum
diligit ergo parentes in ordine cari
tatis sunt filiis preponendi ¶ Item
principatum plus pendet a prima
pro quam consequenti sed ubi est maior de
pendencia ibi est maior inclinacio
et ubi maior inclinacio ibi maior
amoris connexio cum ergo habet
patrem et filium ad patrem comparatur
sicut principatum ad principium ad fi

o

tur. nec sicut ad principium ad prin-
cipiatum. videtur quod secundum rectam ratio-
nem magis debet committi ad patrem
quam ad filium. ¶ Item contra .ii. Cor.
xii. non debent filii thezau-
rizare parentibus sed parentes filiis
sed nemo debet thezaurizare nisi
ei quem debet diligere. si ergo ma-
gis debent thezaurizare parentes
filiis quam econverso. magis debent secundum
caritatis ordinem parentes filios
diligere quam filii parentes. ¶ Item secundum
ordinem nature humor procedit
a radice ad ramos non econverso. si ergo
commissio amoris in voluntate similis
est derivationi humoris in vegetabilibus
et pater comparatur ad filios sicut
radix ad ramos. videtur quod secundum
rectum ordinem amoris sunt dili-
gendi filii quam parentes. ¶ Item
caritas respicit bonum creatorum
secundum convenientiam et conformitatem
sed plus bonum conveniunt parentes
filiis quam econverso. ergo videtur quod amor
caritatis secundum rectum ordinem procedens
et fundamentum reddat habilem
ad diligendum filios quam parentes.
¶ Item gratia est perfectio nature. sed videmus
quod naturaliter homines plus diligunt
filios quam parentes. ergo videtur quod
consimilis ordo debeat esse in amore
gratuito. ¶ Respondeo dicendum quod sicut dicit
Ambrosius secundum ordinem caritatis
parentes preponendi sunt filiis et hoc
intelligendum est ceteris paribus sicut
infra manifestabitur. ratio autem huius
est quia amor gratuitus facit
memorem esse recipientem beneficiorum preteritorum et sic patrem secundum precipue
recipiendo et amando inducit nos
ad prima beneficia recolenda et
quia plura beneficia recepimus a
parentibus quam a filiis nec secundum
nos dicuntur plus eis teneri et
magis eorum salutem diligere. prima
vero debemus et antecedentia sunt
remota que hoc audiunt ad vo-
cationem aut que in apparatum addu-
cunt. ¶ Videndum est quod ille rationes
currunt de dilectione naturali secundum
quam magis inclinatur affectus hominis
ad filios quam ad patrem et ratio huius
est quia natura appetit conservari
in suo simili et magis diligit id
in quo habet principalius salvari
et quia pater habet salvari in filio secundum
ordinem nature et non econverso. hinc est quod
eodem nature ordine maiore habet ad filium
inclinationem quia magis vult ipsum
quam patrem habere prosperitatem. Dilectio
autem gratuita magis respicit bene-
ficiorum collationem et preteritorum re-
cordationem et ad quam indifferenter
parentes et filii comparantur et pro hoc
patet responsio ad illa racionem que primo
obiciebant. ¶ Ad illud vero quod ultimo
obicitur quod gratia debet esse conformis
nature ad quam natura inquantum dicta
natura conformia cum gratia inquantum
dicam ... vero opposita inquan-
tum dicta ... vero dispositiva. ¶ In
hoc enim quod homo plus diligit
se quam proximum non gratia contradicit
sicut supra ostensum est in hoc quod
diligit se plus quam deum repugnat
repugnat. ¶ Iudicat autem quod diligit
filium plus quam patrem quia intendit
salvari in illo procedit quia natura

diuisa et ideo gratia superueniens
ordinem in primo affectu saluat
et perficit. Iusticia similiter imitatur
naturam non nouum ordinem dat
ita tamen quod affectum illum non continuat
cum estimo quod homo plus cari-
tate et plus parentes et filios
diu mouetur affectu gratuito di-
lectionis magis desiderat parentum
salutem dum mouetur affectu natu-
rali magis desiderat filii sanitatem
nec est hic oppositio dilectionis
naturalis contraria sed conditio di-
uisam

Queritur quarto de ordine cari-
tatis per comparationem domesti-
ci ad extraneum et est quod utrum
domesticus est extraneo preponen-
dus et quod sic uidetur per illud quod
dicitur Galatas ultimo operemur bonum
ad omnes et maxime autem ad do-
mesticos fidei et maxime do-
mesticorum fidem negauit et est in-
fidele deterior. Ergo i Thi. v Si quis
suorum et maxime domesticorum curam
(?) potest quod domesticus extraneo debet
preferri primo ordine. Et per ordinem
et per aliam distinctionem. Item
sicut ipsum ostendi auctoritate dubio
que ponitur in loco qua dicitur dome-
sticos collocandos esse uero lo-
co in ordine caritatis extrane-
os uero in ultimo. Item sicut ipsum ui-
demus diffusio caloris corpora-
libus est ad loca propinquiora quam
ad remotiora ergo a simili caritatis
amoris spiritualis primus respe-
ctu alicuius quod est propinquum quam quod est
remotum sed ergo domestici sunt
propinquiores nobis quam extranei uel

minima uero quod in ordine cari-
tatis primo sunt collocandi. Contra ad illos
primus et principalius caritas
ordinat quibus magis astringimur
et ligamur ordo enim caritatis
conseruat legem iusticie sed secundum legem
iusticie magis obligamur domesti-
cis quam extraneis ergo domestici
preferri debent extraneis in ordine
caritatis. Contra Galatas v: Iam
non est Iudeus neque Grecus non
est masculus et femina gentilis
et Iudeus sed omnia in omnibus Christus
ergo si hoc secundum hoc quod ad caritatem
nemo est extraneus ergo secundum le-
gem caritatis nulla est distinctio inter
ordo inter domesticus et extrane-
um. Item Augustinus in libro de uera
religione non sic homo ab homine
diligendus est ut diliguntur car-
nales fratres uel filii uel coniuges
uel affines uel cognati aut
ciues. Ista enim dilectio est temporalis
non enim tales necessitates habemus
que nascendo et moriendo contin-
gunt sed natura non in propriis
et imagine dei manens uitium
corruptionis non religatur. Ergo
uidetur quod ordo caritatis preter
extraneum et domesticum et propinqua
nullationis attenditur. Item
non diligendi proximum cum caritate
est ipsa ymago dei. Si ergo dome-
sticus et extraneus equaliter sunt
ymago dei uidetur quod cum caritate
equaliter sunt diligendi. Item cari-
tas diligit bonum quia bonum
ergo ille qui est magis bonus ma-
gis est cum caritate diligendus sine

sit domesticus sive coniunctus quo
propinquitas vel familiaritas sive coniunc-
tas nulla videntur facere ad or-
dinem caritatis ¶ Respondeo ad predictorum
intelligentiam est notandum quod prius
ordo qui assignatur secundum has duas
que sunt propinquum et remotum do-
mesticum et coniunctum a quibusdam
dicitur esse principium dilectionis naturalis
caritatis autem non est ut tollere
naturis sustinet cum caritas in
via cum sit imperfecta imperfectione
ipsius nature unde hic volunt dicere
quod ordo caritatis qui competit ei
secundum se attenditur penes magis
bonum et minus bonum non autem
secundum propinquum et remotum sed
hic modus dicendi non videtur concordare
verbis Ambrosii nec verbis magistri
ria Ambrosius hunc ordinem assignat
in ipsa dilectione quam tractat de qua
dicit sponsa in Canticis Introdu-
xit me rex in cellam vinariam
ordinavit in me caritatem et magister
ipsum distinctionibus dicit quod peccat
qui prepostere agit et hunc ordinem
pervertit quod non esset si talis ordo
salubris esset caritatis sicut tol-
lerantis ¶ Et ideo est alius modus
dicendi quod ordo qui attenditur penes
proprietates duas non tantum est ipsius
caritatis secundum tolerantis sed etiam
est ipsius sicut regulantis naturam
et ei conservantis quod cum prius
diligant propinquum quam coniunctum hoc
non est nisi in ordine sed prius
de ordine nature sicut cum prius tac-
tum est vetus ordo diffusio-
nis est ut prius quando propin-
quiori eodem de remotiori que

quo caritas venit ordine a na-
tura non ab differt hunc est quod
caritas inveniens illum ordinem
nature perficit et perficiendo dicitur eodem
ordine ordinari non quia or-
do ille competat sibi secundum se sed
quia competit ei ratione nature in-
est ¶ Propter quod attendendum est quod duplex
ordo attenditur in caritate unus
qui ei competit secundum se ipsam et
iste ordo attenditur penes bonum
et magis bonum et maius bonum
unde caritas de se magis mo-
vet ad amandum spiritum quam corpus
et deum summum quam spiritum creatum
alius non est ordo qui competit ei
ratione nature substrate et hic attendi-
tur secundum has duas que sunt propinquum
et alienum propinquum et coniunc-
tum affectus cum caritatis presentiunt
sibi affectum nature et illum perficiat
et regit secundum vero quod hoc in se ve-
ritatem minus concedendum est quo quod
secundum ordinem caritatis domes-
tica preponendi sunt coniunctis vero
aut que hic audiunt concedenda sunt
¶ Ad illud quod obicitur quod in corpore Christi
non est distinctio masculi et femine
servi autem liberi in Christo dicendum quod a-
postolus per hoc non vult concludere
distinctionem gradu et ordine in
membris corporis sed hic vult ostendere
quod in omni persona et etate et con-
ditione quilibet potest proprium per-
venire ad salutem ita quod nullus
excludendus est a fide et proprietate
gratie non hoc quod caritas in dili-
gendo membra Christi non servet
ordinem ¶ Ad illud quod obicitur de

auctor Aug. de vera religione vi-
deri potest quod illud auctorem ipse
retractat in primo retractationum
aliud est propter dicta quod Aug. non
vult removere a caritate consideratio-
nem illarum conditionum simpliciter sed solum vult
dicere quod caritas illas conditiones
non considerat primo et principaliter
secundum quod amor naturalis et totaliter et
hoc patet per illud quod subiungit amare
re enim in homine quod filius est
hoc non est in eo amare quod ad Deum
pertinet sed quod pertinet ad se ipsum
constat quod de eo intelligit qui
diligit filium principaliter quia est
ab eo genitus non quia est ad Dei
imaginem factus et propterea conveniente
illa non habetur quod penes illas
conditiones non attendatur ordo cari-
tatis sed quod non sunt principales ra-
tiones diligendi ex caritate quamvis
autem non sint principales possunt
tamen esse annexae et concomitantes et
consequenter ad caritatis ordinem faci-
entes ¶ Ad 2m quod aliqua quae ratio dili-
gendi proximum est 2o dicendum quod ista
est ratio communis et generalis sed praeter hanc
possunt esse aliae speciales ordo autem
et distinctio quamvis non attendatur
penes conditiones generales attenditur
enim penes conditiones vel speciales et prop-
met ipsos sed quia affectus
carnis non erit [illegible] retardatus
in dilectione dei ¶ Postrema quod
dicitur de ratione perfecte letitie non
cogit quia perfecta letitia non
excludit quin homo principali-
ter bonum suum diligat si hoc faciat quod
diligendo bonum suum proprium sic circa se

afficiatur ut circa alias non torpescat

Iuxta predicta ista sunt dubitationes circa literam et primo queritur de hoc quod dicit caritas que deseri potest numquam vera fuit quia si hoc videtur quod in mutabilitas sit de veritate caritatis quod si homo in via semper mutabilis est a malo in bonum videtur quod numquam habeat veram caritatem ¶ Si dicas quod magister dicit infernus quod veritas illa non refertur ad caritatis essentiam sed ad eius efficaciam et hoc non solvit prius quia multi maiores habent caritatem que perducit eos ad veram beatitudinem et tamen quidam maiores sunt post caritatem deserere differre igitur ista duo possunt simul stare quod caritas possit deseri et quod fuit vera ¶ Item caritas vie et patrie est ut sit in mutabilis videtur simpliciter quod sit de veritate caritatis vie et sic videtur semper sentire Augustinus quod caritas vera numquam amittitur sed hoc est simpliciter falsum sicut manifeste patet per oppositum tum quo 2o ¶ Ad 2m dicendum quod verbum illud sane potest intelligi ut fiat vis in designatione verbo primo ut fiat vis in verbo composito subiecti in hoc quod dicitur caritas que deseri potest aliqua eius proprietas sive qualitas desinitur propter hoc quod non potest resistere impellenti aliqua deseritur contraria contraria caritate voluntate hominis tunc quod dicit Augustinus quod caritas non est vera que potest deseri hoc intelligit de illo amore qui non habet efficaciam resistendi talis enim amor qui potest aspirmente tempore vel malencia quadam compelli non videtur dici amor caritatis tamen contra dum caritas perfective et proprie sit et super omnia diligit et proprie dicatur divina facili tollerare ¶ Aliter potest intelligi ut fiat vis in hoc quod dicit numquam vera fuit quod virtus vera dicitur duplex aut quia habet operationem sibi debitam aut quia perducit ad finem proprie quod est et in verbo proposito dicitur caritas non esse vera que deseri potest quia si deseritur finis debitus non adsequitur idcirco potius vana quam vera est reputanda vel loquitur hic Augustinus deqmuenz pro deserendam caritate sed de ea que est actu coniuncta ¶ Ad illud quod obicitur quod mutabile et in mutabile non est eadem verum dicendum quod illud intelligitur de eo quod est in mutabile per naturam non de illo quod est in mutabile per divine largitatis beneficium et gratie bonitatis influentiam sicut est caritas perfecta in patria ¶ Item queritur de hoc quod dicit quorundam nomina prius dicit esse scripta in libro vite qui postea abierunt retro quod cum scriptum esse in libro vite tunc ille liber sit in mutabilis non potest deleri quod videtur quod non sit possibile ut aliqui qui scripti sunt postea vadant retro et deleantur de illo libro ¶ Est igitur quod utrum aliquis de illo libro possit deleri quod sic videtur quod illud quod dicitur in psalmis deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur

Dimitte eis hanc noxam aut
dele me de libro vite sed ingeri
tur quod dicitur per illud Apoc. iii: non
delebo eum. Glossa: liber vite est
prescientia dei in qua omnia sunt
conscripta. Supra hec queritur de libro
vite quid sit et quis eius usus.
Notandum ad hoc breviter est quantum spectat
ad propositum quia quamvis ista
declinaverit in iiii° libro incidenter
tamen de visione quod dicitur liber vite
est divina dispositio secundum quam ali
quis ordinatur ad vitam et repu
tatur esse dignus vita aliquis
potest dici dupliciter scribi in illo
libro vel secundum presentem iusticie
reputacionem vel secundum finalem gratie
perfectionem et primo modo dicitur scribi
in libro vite quia scribitur eius
vita. Secundo autem modo dicitur scri
bi in libro vite non solum quia
scribitur eius vita sed etiam
ipse ordinatur ad vitam secundum
predestinacionem divinam. Qui primo
modo scribitur deletur quantum ad
presentem iusticiam quia iam non
reputatur dignus vita. Qui secundo
modo scribitur nunquam deletur. De
letio autem illa non dicit aliquid
in mutacionem scientie circa ipsum
deum sed solum circa mutacionem in [illegible]
tate et sic patet responsio ad obiecta.
Item queritur de hoc quod dicit
Christus tantum electos dilexit et ce
terorum salutem optavit. Sed contra quia ii Cor.
fuit caritas in Christo quam in no
bis sed nos non diligimus so
lum electos sed etiam prescitos ergo
et Christus. Item illos dilexit
Christus quos volunt salvos fi
eri secundum quod dicitur i Thi. ii: ipse vult
omnes homines salvos fieri ergo non
quod tantum electos quin reprobos di
lexit. Item angeli non tantum
diligunt ~~sunt~~ electos sed etiam repro
bos et eos quibus sunt
valent perducere ad vitam ergo dili
gunt eos ex caritate ergo multo
forcius videtur quod Christus ex carita
te omnes dilexit et si hoc
verum est tunc non est verum quod
magister dicit. Respondeo dicendum quod sicut
in primo libro dictum fuit volun
tas in deo distinguitur secundum duplicem
modum est enim voluntas in deo
antecedens et voluntas consequens vo
luntas antecedens est solum
complacencie voluntas consequens quasi pendet
ex causa nostra. Per hunc modum
duplex distinguitur est dilectio in
deo videlicet dilectio que est secundum
voluntatem antecedentem et hac
quidem omnes diligebat quia omnes
ad salutem pervenire cupiebat
quantum est de se et dilectio secundum
voluntatem consequentem et hac quia
respicit vitam finalem non omnes
diligebat nec omnes ad salutem
pervenire cupiebat et de hac ul
tima intelligit magister ipse at
tamen apponit de prima et per hoc patet
responsio ad obiecta.

31 32 Premissis additionibus de
dilectione dei superius agit
magister de caritate quantum ad di
lectionem et quantum ad diligibilium
distinctionem et quantum ad dilige

di ordine et quantum ad unitatem p
fectionem et etiam quantum ad diminu
tionem. Iustitia parte agit de ordinem
comparationum ad diuinam dilectionem
Diuiditur autem pars ista in partes
tres in quarum prima determinat de ipsa
dilectione dei quid sit, ipsa dei
dilectio. Iustitia non determinat quan
tum diligit ubi cuius eius dilec
tio sit in unitate et etiam. Iustitia
non determinat quos diligit dicens
Decreuimus non qui non sunt p
fecti admittendi eternam. Prima et
ultima parte remanentibus in
diuisis media pars diuiditur in
tres. Iustitia quarum prima mouet questionem
quod deus non omnia eternaliter dili
git. Iustitia non ondit per quantum
dicitur unum diligere magis quam al
terum in quantum autem dilectio dei immu
tabilis sit ut. Iustitia non determinat
quare unum et eundem hominem
secundum diuersa tempora dicitur diligere
plus et minus. Et non quia de aliquo
uno ut. Subdiuisiones autem
parum satis manifeste sunt in lectura.
Ad intelligentiam autem huius
partis primo hic queri vi du
bitabilia de dilectione diuina. Primum
est utrum deus diligeret creaturas
eternaliter. Secundum est utrum diligat
omnes creaturas. Tertium est
utrum omnes diligat equaliter. Quar
tum est utrum magis diligat
homines quam angelos. Quintum est
utrum magis diligeret genus huma
num quam Christum. Sextum et ulti
mum utrum magis Iohannem quam Petrum.
Circa primum sic proceditur

et quaeritur utrum deus dilexit
creaturas eternaliter et quod sic uidetur
Ephesios i. Elegit nos ante mundi
constitutionem ut essemus sancti et im
maculati in ipso sed nemo eli
git nisi quod diligit. si ergo ab eter
no ante mundi constitutionem nos
elegit uidetur quod ab eterno nos dile
xerit. Item Augustinus in decimo
absit ut deus aliquid temporaliter
diligat si ergo quos diligit dili
git aut temporaliter aut eternaliter
et non temporaliter constat ergo quod di
ligit eternaliter. Item magister dicit
in littera quod dilectio est usia siue substantia
si ergo substantia dei non potest non
esse eterna uidetur quod dilectio dei precedit
ipsas res aut sequitur si precedit
ergo ante sunt quam res essent igitur
deus diligit res ante earum produc
tionem ergo non contemporanea sed ab
eterno. Si sequitur ergo uidetur quod dilectio
dei causatur a rebus quod si hoc
est inconueniens restat quod deus
ea que diligit / diligit eternaliter.
Item si deus de non potente
efficitur potens et de non sapi
ente sapiens mutabilis erit
et imperfectus ergo pari ratione si de
non amante fiet amans cum
amor respiciat quod mutatio est
esset in eo mutatio et imperfectio
quod si hoc est impossibile necesse est
dicere ea que diligit eternaliter di
ligere. Sed contra dilectio est amor
bonum sed bonum et eius causalitatis
ergo quod non est eius non est ama
bile ergo si res antequam producerentur

non fiunt unde quod antequam pro
ducerentur adeo non diliguntur
¶ Item amor est copula aman
tis et amati sed si copula est
necesse est esse communia ergo ymo solum
est quod deus creaturas diligit
quamvis creatura habeat actu
alterum conterminum sed hoc est so
lum contempore ergo videtur quod deus
non diligit creaturam aliquam eter
naliter ¶ Item deus non dicitur aliquid
diligere affectum ergo si diligit hoc
est hoc est quia diligit effectum
sed effectus divine bonitatis solum
est contempore ergo deus numquam
diligit nisi temporaliter ¶ Item
dilectio dei est sufficiens et pro
xima et immediata bonorum crea
ti sed posita causa efficiente proxima et
immediata et sufficiente ponitur
effectus ergo si res create solum
sunt contempore videtur quod deus solum
modo diligit eas temporaliter ¶ Item
si deus diligat creaturas aut
diligit fiendas aut veras sed con
stat quod non diligit fiendas quia
non est creata fienda sicut
in primo libro fuit ostensum cum id
quo fiendum est sit summum bonum
constat ergo quod si creaturam dili
git diligit ut veras sed constat
quod non est vera nisi eo quod est actu
ergo numquam deus diligit creaturam
eternaliter nisi actu existentem ergo non
diligit aliquam creaturam eternaliter
¶ Respondeo dicendum quod quedam verba divina dicunt
respectum creature que connotant
effectum in actu sicut verbum crean
di quedam que connotant effectum in potentia
sicut verbum predestinandi quedam

que indifferenter utrumque modo sicut
verbum diligendi. Dicitur enim
deus aliquid diligere vel quia actu
communicat ei bonum vel quia proponit
communicare et quod communicatio est effectus
effectus in tempore propositum vero
communicandi est eternum hinc est
quod diligere dicitur a deo aliquid dicitur eternaliter
aliquid dicitur temporaliter unde bene
concedi potest quod creature non solum
temporaliter sed etiam eternaliter adeo
diliguntur sicut tamen ad primum
probationem inducta audivit dicendum
tamen illa ratio quam adducit quod
simile de pictore et sapiente non valet
quia non est simile possunt enim
et sunt quantum est de bono voluntatis
non ita quantum ad effectum in actu
secundum quod diligere creaturam velle dile
ctionem perfectum est ab ipsa libertate
affectionis secundum ipsam aliquid communicat
¶ Ad illud vero quod primo obicitur in contrarium
quod bonum et ens convertuntur
dicendum quod verum est de bono in actu et
ente in actu sed cum dicitur quod dilectio
est solummodo boni dicendum quod non est
verum solummodo de bono quod est in ac
tu sed etiam de bono quod est in causa
sicut enim ad cognitionem sufficit
veritas rei in sua causa sic ad
diligendum sufficit bonitas secundum
quod res habet esse in suo principio
producente antequam etiam producatur
producatur unde artifex non solummodo
diligit bonum quod fecit sed etiam bonum
quod proponit et disponit facere ¶ Ad
illud quod obicitur quod amor est copula
amantis et amati dicendum quod illud est
verum secundum quod amor est quedam affectio
et vinculum amantis quo aliqui adin
vicem colligantur sed hoc modo non accipi

in proposito tamen dicitur quod deus diligit creaturam dilectione eius dilectio est eius ipsa sed non affectio aliqua veniens sicut dicit Augustinus in libro et ideo non tangit illa ratio ¶ Ad illud quod obicitur quod deus non dicitur diligere affectu sed effectu dicendum quod diligere effectu potest esse dupliciter quantum in actu vel habitu et quia res est habitu et nunc antequam sit in actu sicut est quod dilectio dei que quod effectum in habitu potest esse ante productionem rerum vero et complexio non dicitur sed deus dicitur diligere effectu quando tunc solum incipiat diligere quo effectus in esse producat ¶ Ad illud quod obicitur quod dilectio dei est causa sufficiens proxima in nostra bonitatis creature dicendum quod verum est sicut quadammodo voluntas divina dicitur tamen immediata quia non interveniat alia causa non tamen quod semper ponat effectum sed solum pro tempore pro quo vult sicut ab eterno voluit sed statim fecit conveniens tempus pro quo voluit sit et in ipsa dilectione dei oportet intelligi ¶ Ad illud quod obicitur quod si deus si diligit aut ut fruens aut ut utens dicendum quod dilectio dei una est qua diligit se et qua diligit creaturam et licet quantum relata ad ipsum deum est fruitio comparata vero ad creaturam est usus cum ergo dicitur quod non convenit uti nisi eo quod est deo quod si usus accipiatur pro contrario vi actione verum est quod si accipiatur quantum et habitualis ordinationis in finem alicuius effectus producendi sicut non licet imitari quia efficacius longe deo refert ad finem illud quod intendit et facit quam creatura producat in re

Secundo queritur utrum deus omnes diligat equaliter et quod sic videtur Sapientie xi diligis omnia que sunt et nichil odisti horum que fecisti nichil hoc oppositum dicitur sicut ¶ Iterum ... vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona sed summum bonum esse potest non diligere bona ergo deus diligit omnem creaturam ¶ Item omne quod factum est a deo factum est deus deus autem nichil facit nisi volens sed velle bonum hoc est amare ergo nichil procedit a deo quod non a... aliquo si ergo a deo omnia proveniunt videtur quod omnia a deo diligantur ¶ Item amor est donum in quo cetera alia donantur sed nulla creatura est que non suscipiat influentiam divine liberalitatis si igitur huius influentie contractio non est nisi in communicante dilectione videtur quod dilectio dei sit sit respectu omnis creature ¶ Item omnia computat summum bonum sicut quod dicit Boetius et Dyonisius sed tunc dicitur dicitur diligere creaturam illam aliquis quando illam ad se convertit predilectionem magis eius dicitur diligere effectum quam affectum ergo videtur quod dilectio dei se extendat ad omnem creaturam ¶ Sed contra cum deus sit summa caritas omne quod diligit ordinate diligit sed ordinate non sunt diligenda nisi tria diligibilium genera videlicet deus et spiritus rationalis et corpus humanum secundum quod dicit Augustinus ergo non videtur quod deus diligat omnem creaturam ¶ Item amor sicut dicit Augustinus de ...

uel. transformat amantem in amatum et quanto perfectior est amor
tanto magis transformat unum
in aliud. cum igitur amor dei sit perfectissimus nichil diligit nisi
quod est conformabile ipse hoc autem
non est nisi creatura racionalis
que facta est ad ymaginem suam
ergo uidetur quod deus non diligit
omnem creaturam sed solum racionalem
¶ Item uidetur quod non omnem racionalem diligit quia quedam sunt reprobi quedam electi quedam boni
et quedam mali sed reprobos et impios non diligit secundum quod scribitur
Mal. i. Iacob dilexi esau autem
odio habui et Sap. xiiij. similiter
abhominabilis est impius et impietas eius si ergo deus non
diligit impietatem uidetur quod non
diligit impios non ergo diligit
omnes et singulos ¶ Item dileccio
est racio eleccionis ergo illos solum
deus diligit quos aliquo modo elegit sed non elegit omnes indifferenter ergo non diligit omnes generaliter ¶ Item diligere est uelle
bonum ergo illos tantum diligit quibus uult bonum sed amor uult
bonum facit bonum ergo illos
tantum diligit deus quibus bona
facit sed dampnatis facit multa mala ergo uidetur quod potius
eos odiat quam diligat ergo non
diligit generaliter omnem creaturam
¶ Ad hunc intellectum est notandum
quod deus non dicitur creaturam diligere racione affeccionis cum sed

racione communicacionis alicuius boni
ita quod dileccio dei potius dicatur
esse dileccio effectus quam affectus
communicacio autem bonitatis divine
attenditur in duplici genere effectus
videlicet in effectibus nature et effectibus
gracie et effectus nature omnibus est
communis effectus uero gracie non sunt
est quod dileccio dei quantum est ad
effectum nature est omnibus communis
et generalis et secundum hanc dicatur
diligere omnem creaturam quantum ad
ad affectum gracie est specialis et
quantum ad istud quosdam diligit
quosdam odit quia quedam sunt
per se effectus gracie quedam defectus culpe et pene racione quorum omnes qui
induuntur ad prima, item et probant diu omnem creaturam diligere
quia probant de dileccione tamen quod
attenditur quantum ad communicacionem
bonum generalis ut patet bonitatem
naturalis uero concludunt et ideo
concedende sunt ¶ Ad illud ergo quod
primo obicitur quod deus omnia que
diligit conformitate diligit dicendum quod
hoc dupliciter potest intelligi aut
ita quod sit comparacio ex similitudine
principii moventis et producentis
respectu effectus creati et sic omnia
que diligit conformitate diligit
caritas enim dei principium est
omnium effectuum quos producit aut
ita quod non solum dicat similitudinem
principii producentis uerum etiam conformans respectu et sic solum illos
conformitate diligit quibus communicat
caritatem increatam aliquis illa supprema

caritas est exemplaris nam cari
tas increata est exemplar ca
ritatis create sub ratione carita
tis amoris non tamen est exem
plar sub hac ratione tamen ergo
dicitur quod solum creata sunt dilige
da ex caritate secundum unum dictum secundum
quod est ex dicit solum habitudinem prin
cipii monentis et inclinantis
sed ut dicit habitudinem formalis
et clarius et sic non potest concludi
di quod deus non diligat omnem
creaturam se ipso qui est cari
tas summa ex qua procedunt omnia
bona creata ¶ Ad illud quod obicitur
quod amor transformat amantem
in amatum dicendum quod illud verum est
de amore affectionis qui facit in
alterum tendere sed amor divinus non
est amor affectionis inclinans
ad alterum sed potius alia incli
nans et trahens ad se ipsum
unde amor divinus potius trans
format et conformat ipsi amanti
ipsum amatum quam econverso secundum quod dictum
est conformatio autem vero addi
videlicet secundum similitudinem vestigii
et secundum similitudinem expressam
que est in ymagine sic dilectio
dei potest duplex accipi ut predictum
fuit videlicet generaliter et sic non
generat nisi quandam generalem as
similationem et specialiter et sic generat
quandam expressam unitatem et
ideo specialis dilectio est respectu omnis
creature ¶ Tertio vero non est in
si eius creature tum deus ca
tat caritate vel quod per caritate
illam adheret deo amore per

maxima ut sit per caritatem
in deo maneat et deus in eo
¶ Ad tertia non sequuntur que oppo
nuntur quibus audit quod deus
non diligit malos unica est
ratio quia procedunt de dilectione
speciali non generali et quantum ad
illam dilectionem specialem verum est
quod deus non diligit malos
et reprobos ymmo potius odit
quia non habent in se gratiam sed
culpam quantum non ad naturam
non odit sed diligit quia facit
sive per bonos et malos ori
ri facit et per hoc patet ad tertia
ultima videri

Tertio queritur utrum deus di
ligat omnia equaliter et quod
sic videtur Sap. vi pusillum et
magnum ipse fecit et equaliter
est ei cura de omnibus sed eo modo
diligit quo modo est ei cura ergo videtur
quod omnia equaliter diligat ¶ Item
secundum quod dicit philosophus primus universalis
se habet ad omnia sed deus diligit
creaturam hoc est deum aliquo modo
ad creaturam se habere ergo si uni
formiter se habet ad omnia uniformiter
unicuique et equaliter se habet ad ea ergo
non diligit unum magis quam aliud
¶ Item eadem dilectione qua pater
diligit filium diligit creaturam
sed dilectio qua diligit filium est
dilectio per maxima ergo omnem cre
aturam diligit dilectione summa si
ergo in summo non est ponere ma
gis et minus sed solum equale videtur
quod omnem creaturam diligit equaliter
¶ Item sicut deus cognoscit cre
aturas ita diligit sed omnes

d

creaturas cognoscit equaliter
non magis vnam quam alteram
ergo omnes equaliter diligit ¶ Item
sicut limpiditas cognitionis
facit ad eius nobilitatem sic ma
gnitudo dilectionis facit ad eius
commendationem sed quia cognitio
dei est nobilissima omnem crea
turam limpidissime cognoscit
ergo similiter cum dilectio dei sit
excellentissima omnem crea
turam maxime diligit ergo sed
in maximo non est ponere ma
gis et minus videtur quod equaliter
amet cuncta que diligit ¶ Sed
contra Aug. dicit et habetur in
litera quomodo digne comprimat quod
deus diligit membra vnige
niti filii sui et quanto amplius
ipsum vnigenitum ¶ Si ergo am
plius diligit vnigenitum quam
ipsius membra videtur quod non
omnia diligit equaliter ¶ Item
deus diligit bonum quia bonum
ergo magis bonum magis dili
git sed non omnia sunt equaliter
bona ergo non omnia sunt a deo
equaliter dilecta ¶ Item caritas
nostra est ordinata si ergo or
dinata est de omnibus completio videtur
multo fortius quod caritatis su
me et increate sic vos diligere
ordinate cum illa sit exemplar ca
ritate si ergo deus diligit
vos ordinate videtur quod non
equaliter ¶ Item scimus quod deus
diligit scimus hec dona sua dis
tribuit sed non omnibus equaliter
bona sua distribuit ergo non
omnes equaliter diligit ¶ Item
si equaliter omnes diligeret tunc li

omnibus communicasset sed non
equaliter omnibus communicatur ymo
cum vult misereatur et quem vult
indurat ergo non equaliter dili
git omnes creaturas ¶ Respondeo dicendum
quod de dilectione dei loquimur est
dupliciter videlicet secundum eam et secundum
efficaciam sive secundum actum essentia
lem et secundum effectum quantum ¶ Si
loquamur de dilectione quantum ad
essentiam sive quantum ad actum
essentialem non tamen equali
dilectione diligit omnia ymo tamen
vno et eodem actu simplici et
indivisibili nullo variato nullo
multiplicato quod quidem est diuina
ipsa diligit se et omnia alia
¶ Si vero loquamur de dilectione quan
tum ad efficaciam sive quantum
ad effectum quantum sic eius effectus
aliqua dilectione dei precedentes
sunt et ordinati ex se se exce
dentes dico est quod deus non
omnes creaturas diligit equaliter
¶ Aut patet dicta quia in idem red
dit reddit quod eum diligere idem sit
quod velle bonum / equalitas dilec
tionis potest attendi dupliciter aut
ex parte actus volentis aut ex parte
boni voliti sed ex parte actus vole
dicendo sic omnia diligit equaliter quia
non magis vult deus alicui
rei quam alteri ymo vno ipso simplici
amore suo vult bonum cuicumque
vult ¶ Si autem ex parte boni voliti
sic eum magis bonum volet vni
quam alteri non est dicendum quod omnia
diligat equaliter sed quedam maiore
quedam quedam non minore scilicet

quod velit alicui quicumque bonum
proprium vel magnum vel maius
et quia secundum istam viam predicti doc-
tores videntur quod deus non
diligat omnia equaliter sicut assi-
gnatum est ideo sunt concedende con-
clusiones illa racio que supponit c-
concordie capitulis ii non valet
quia dilectio nostra est diversis in-
tensius non contra divisa huiusmodi dili-
gibilia que possunt esse intensi et
remissi non sic autem est ex parte
dei ¶ Ad illud vero quod obicitur de capi-
tulo quod equaliter est ei cura de omnibus
dicendum quod equalitas illa non concludit
ordinatam bonorum communicacionem sed
concludit personarum accepcionem
que quidem est inequalitas non
solum deficiens ab unitate equa-
litatis verum eciam a pulcritudine
ordinis et ideo reprehensibilis
est nec habet in deo reperiri ¶ Ad i-
go quod obicitur quod prima causa
uniformis se habet ad omnia dicendum quod i-
verum est quantum ad illud quod est
ex parte dei sed non ex parte creature sicut
ipse deus non uniformiter se habent
ad ipsum et quamvis diligere dei non
tamen dicat quod est ex parte ipsius
sed eciam effectum creatum hinc est
quod racione illius potest attendi in-
equalitas ¶ Ad illud quod obicitur
quod eadem dilectione diligit deus
filium suum et creaturam dicendum quod quam-
vis sit dilectio eadem quantum
ad racionem principalem signi tamen
quo ad terminum est aliud et aliud nam
tamen dicat quod diligit filium non
quantum vult ei aliquod bonum creatum
proprium notata quantitate boni summi
et in hoc summa tamen non dicitur

quod diligit creaturam notata quan-
titate boni creati summi et ex
hac parte dictum est quod inequali-
tas potest attendi ¶ Ad illud
quod obicitur quod sicut cognoscit sic
diligit dicendum quod si diligere accipiatur
pro ipso diligendi actu sic veri-
tatem habet quia idem est deo
diligere et cognoscere ¶ Si vero pro
connotato effectu sic non habet
veritatem quia cognoscere non con-
notat effectum sicut diligere et
ideo non potest attendi gradus
et ordo in cognicione dei racione
connotati sicut in dilectione
¶ Ad illud quod obicitur quod de perfectione
et nobilitate perfectionis dilectionis
est magis dico sicut in intensitas
sicut de perfectione cognicionis
est ipsa limpiditas dicendum quod verum
est quantum est ex parte ipsius
actus diligendi vel unumquodque
diligit deus dilectione pro maiori
nec magis delectatur deus in
dilectione unius quam in dilectione
alterius deus enim diligendo se
ipsum et seipso fruendo diligit
cetera vel quod omnia diligendo se
ipso fruitur et summe in seipso de-
lectatur hac tamen dilectione ma-
xima et summa quibusdam gra-
tat magis bona quibusdam
impendit unde sicut dilectio dei
in se est fruicio ipsa tamen
relata ad creaturam potest dici
ipsius racione connotati ¶ Sic quam-
vis in se sit summa racione tamen
effectus connotati potest dici aliquis
plus alicui minus ab eo diligi

Quarto queritur utrum deus

magis diligit homines quam
angelos an econtrario. Et quod magis
angelos quia quanto aliquis adeo
est amabilior tanto est ipsi
similior. Si ergo natura angelica
est deo similior quam humana videtur
quod a deo sit magis dilecta. ¶ Item
maior dilectio et minor attenditur
secundum maiorem et minorem commu-
nicationem divine liberalitatis. Sed deus
primo suo motu angelos glori-
ficavit quod non fecit hominibus
quia potuit esse liberalior quam no-
bis. Ideo magis diligit deus
genus angelicum quam humanum.
¶ Item angeli magis diligunt
deum quam nos pro eo quod nullam
habent retardacionem quo impediantur
ne totaliter possint tendere in
deum. Ergo si deus magis dili-
git magis se diligentes videtur
quod magis diligit angelos quam
homines. ¶ Item angeli sunt me-
diatores inter nos et deum secundum
quod dicit Aug. xxiii de civitate dei. Sed me-
dius magis venit propinquo et ei
familiarius quam unum propinquum re-
spectu alterius. Ergo videtur quod deus
magis diligit angelos quam
homines. ¶ Sed contra Hebr. ii nus-
quam angelos apprehendit sed
semen Abrahe. Sed illud fuit
patentissimum signum dilectionis
et familiaritatis divine quod assumeret na-
turam creatam in unitate perso-
ne. Ergo videtur quod magis dilexit
humanam naturam quam angelicam.
¶ Item Ioh. xv Maiorem nemo
habet ut animam etc. Sed deus po-
suit animam suam pro hominibus
non fecit autem pro angelis

ergo magis homines quam ange-
los dilexit. ¶ Item illam naturam
magis deus diligit quam in al-
tiori gradu honoris constituit.
Sed deus humanam naturam in utro-
que sexu angelicis spiritibus
prepositam videlicet Christum et nobi-
lissimam matrem. Ergo videtur quod hu-
manam naturam magis diligit
et magis dilexit. ¶ Item ma-
gis diligit quis aliquem cum di-
ligit eum in statu amicitie et
inimicitie quam solum cum diligit
in statu amicitie. Sed deus huma-
num genus diligit in statu in-
imicitie et in statu amicitie quia
cum essemus peccatores et inimici
dei dilexit nos. Angelos vero
malos nec dilexit nec diligit.
Ergo videtur quod pre angelis genus
humanum dilexit. ¶ Responsio. Dicendum quod cum
deus dicatur diligere creaturas
effectu secundum quod duplex est effectus
specialis dei respectu creature rationalis
secundum hoc potest dilectio dei maior
et minor dupliciter considerari. Est
enim effectus conditionis et effectus
reparationis. Et in effectu conditio-
nis precipue manifestatur dei potestas
et in effectu reparationis precipue
misericordia dei. Mira et in utroque
autem nimis dei potentia. Si ergo
loquamur de dilectione dei quantum
ad effectum conditionis sic ma-
gis dilexit angelos quia no-
biliorem contulit eis naturam et ma-
gis potentes eos fecit et in
eis magis manifestatur divina
potestas. Si autem loquamur quantum
ad effectum reparationis sic magis

dilexit homines quam angelos
quia angelos deserunt sed homines
relevavit et sic patet quod secundum
diversos effectus homo et ange
lus mutuo se excedunt. Si autem
queris que istarum dilectionum
magis excedat aliam tunc re
spondendum est de excessu dilec
tionis ut nunc vel simpliciter sive
secundum statum presentem vel secundum
statum finalem. Si loquamur de
dilectionis excessu secundum statum
presentem sic tenendum est quod magis
diligit angelos quam homines.
Si vero loquimur secundum statum final
em in quo erit reparacio consum
mata sic videtur satis rationabili
ter posse dici quod magis diligit ho
mines de quibus eum habuit ho
minem in paradiso unde genitus et de
natus constat deo quam angelicus
ordo. Tum propter beneficium
incarnacionis tum propter benefi
cium redempcionis tum propter
beneficium eminentis glorificacionis
que non tam manifestat erga
nos divine caritatis magnitudi
nem sed etiam eius immensitatem
secundum id quod dicit ad Ephesios: Deus qui
dives est in misericordia propter nimiam
caritatem qua dilexit nos cum
essemus mortui peccatis convivifi
cavit nos Christo et sic patet responsio ad
quaestionem propositam patet etiam responsio ad obiecta
quia utraque racio vim concludit
secundum diversos modos ille enim ra
ciones que probant quod magis di
ligat genus humanum procedunt
secundum effectum reparacionis huius

respectu ad finalem statum et ideo
non concludunt et ideo dicit sed ra
ciones vero que in oppositum adducuntur
alia via procedunt sicut patet aspi
cienti. Responsio. Quod primo obicitur quod
angelus est deo similior hoc
verum est quantum ad ea que sunt
naturalia sed non oportet quantum ad do
na gracie dilectio autem deo ma
gis respicit dona nec sunt adden
da quam ea que sunt naturaliter in
sita et si tu obicias quod gracia
correspondet naturalibus ad hoc patet in
secundo libro quod oppositum est. Ad illud
vero quod obicitur quod deus liberali
or est in angelis quia uno
motu eos glorificavit dicendum quod quod
non concludit de dilectione simpliciter
sed de dilectione ut nunc quod statum
presentem respiciat. Sed minus
fuit magnitudinis fuit preumpis
dare quam angelis meritoribus
etiam mercedem retribuere hoc
tamen fuit iusticie illud vero
nunc et pietatis habundantissime.
Ad illud quod obicitur quod angeli ma
gis diligunt quia nullum
habent retardatum dicendum quod illa ra
cio concludit solum secundum statum
presentem in quo corpus quod corrumpitur
aggravat animam. Secundum
statum vero futurum cum corpus
erit spirituale effectum homo non
habebit aliquod impedimentum et
habebit per ipsum gracie adiuto
rium. Ad illud vero quod obicitur
quod sunt mediatores sicut patet
ipsos mediatores enim mi

sunt secundum statum puterum un
terie inquo ipse multiplicate
defectus necessarium est nobis multi
adiutorium et propter magnam elon
gacionem nostri adeo indigemus
mediatore angelo

Quarto queritur utrum deus ma
gis diligit genus humanum
quam christum et quod sic videtur Joh. iii°
Sic deus dilexit mundum ut filium
suum daret sed qui dat aliquid
pro aliquo magis diligit illud
pro quo dat quam illud quod commutat
si ergo deus filium suum dedit
pro salute generis humani videtur
quod magis genus humanum quam
christum diligit. Item christus hoc
est bonitatis infinite ergo huma
no tamen sit multiplex deficere impos
sibiles habet quandam in
bonitate infinita sed quod plus
secundum eterne bonum plus habet
adeo diligi ergo videtur quod deus
magis diligit totum genus hu
manum genus quam illum hominem
solum. Item propter quod unumquodque
et illud magis sed filius dei incar
natus fuit propter genus humanum
salvandum et humana illa natura
fuit assumpta pro redimenda tota
natura humana ergo magis dilige
bat deus naturam unam singularem quam
carnem assumpsit quam illam quam as
sumpsit ergo idem quod prius. Item
stultus est qui commutat rem
maioris valoris pro re minoris va
loris si ergo deus in redimen
do genus humanum non ipsus
est stultorum primo pro eius sapi
entiam perdidit sed [illegible] est ...

ergo maius bonum sunt magis
diligit si ergo deus humanum genus
pro christum redemit videtur quod magis
ipsum ergo totum quam christum dilex
erit. Sed contra phi. ii° dabit ille
nomen quod est super omne nomen sed secundum
dignitatem creati nominis atten
ditur prerogativa amoris si ergo
christus eciam secundum humanam naturam
super omne nomen ... videtur
quod ipsum super omnia diligit. Item
Joh. iii Datus est ei spiritus non
ad mensuram si ergo aliis omnibus
datur spiritus ad mensuram et secundum
quod deus excellencius spiritum tribuit
secundum quod eminencius diligit videtur
videtur ergo quod magis diligit christum
quam totum genus humanum. Item
cum deus appreciabitur illum hominem
tamquam totum genus humanum totum
aut non si sic hoc propositum si non
ergo non reputavit sufficiens
precium ergo pro morte christi non fuit
ei satisfactum quod si hoc est mani
feste falsum quia habundantissime
satis factum fuit deo pro morte filii
sui videtur quod maioris precii fuit
christus quam totum genus humanum.
Item in infinitum maius est
esse deum quam hominem deum sed deus sic
dilexit christum quod fecit ipsum esse deum
alios non diligit quod facit eos sim
pliciter ergo in infinitum plus
dilexit christum quam totum genus
humanum. Respondeo dicendum quod christus nominat
personam in duabus naturis quarum
una est nobilissima et dignitatis
infinite et ipsa persona in se et
natura unita tocius ... secundum quandam

nobilitate et dignitate singulare
et inestimabili absque omni
comparacione potest concedi et dici
quod deus magis dilexit et di
ligat christum quam totum genus
humanum et hoc satis expresse col
ligitur ex verbis Augustini ubi dicit
quod intra illius hominis pondera
bat totus mundus ymo et mille
mundis contra venies que ad hanc
partem adveniunt cedende sunt
¶ Ad illud quod obiciebatur quod carius habet
illud quod emitur quam precium quo e
mitur dicendum quod illud est verum quando
precium absolute omnino alienatur
et transfertur in dominium alienum sed
hic non est propositio quia pater
non tradebat christum sine spe re
habendi ymo sic tradidit eum
ad mortem temporalem ut sine more
dispendio suscitavit eum ad vi
tam immortalem unde christus ani
mam suam pro nobis posuerit
non tamen illam amisit quia
eadem virtute per quam animam po
suit volendo pati ipsam resump
sit volendo resumere et ad illud
quod obiciebatur quod genus humanum est
bonitatis infinite cum sit in in
finitum multiplicabile dicendum est per
interemptionem utriusque quamvis enim
genus humanum sit in infinitum
multiplicabile quantum est de se per gene
racionis successionem si tempus et
motus in infinitum duraret
tamen quantumcumque multiplicaret
semper est actu finitum et bonitatis
finite humana non natura in christo
racione gracie unionis per quam dicatur

precius nostro ad mensuram quodammodo habet
in merito status dignitate ad quam
totum genus humanum excedit quod sibi
inferior et ideo ad illam racionem
dicendum est per interemptionem ¶ Ad
illud quod obiciebatur tercio quod unumquodque et
ad magis dicendum quod illud est verum solum
quando dicat habitudinem cause finalis
principalis non autem dicat habitu
dinem racionis inducentis humanum
ad genus respectu incarnacionis
et redemptionis christi non fuit
racio finalis movens sed quodammodo
inducens non enim christus ad nos
finaliter ordinatur sed nos finaliter
ordinamur ad ipsum quia nostrum caput
propter membra sed membra propter
caput nostrum tamen inducens ad tantum
bonum sed ut nostre reparacionis re
medium sicut in simili magno homini
tamen liber fuit captivus sed ex hoc
non sequitur quod genus humanum
sit melius quia minus bonum potest
inducere ad faciendum maius bonum
¶ Ad illud quod obiciebatur ultimo quod stul
tus est mercator qui emit rem
carius quam valeat dicendum quod illud
non habet veritatem nisi in eo merca
tore qui habet indigenciam precii
et precius intendit in mercando
se ipsum ditare quam alienam mi
seriam relevare non sic autem
est in deo qui dives est in misericordia
et honor bonorum meorum non in
diget ipse nostro mercatur propter
suam utilitatem agendam sed propter
nostram inopiam relevandam quia
certa nostro mercator ad sue pietatis pro
vocacionem sed precius ad liberalitatem
ostendendam et propter maiori precio

v

uolunt nos redimere quam nos
valeamus ut eius liberalitatem
circa nos cognoscentes comitans
cordibus eidem adhereamus ut
eum diligeremus et precio preciosorem
etiam nimium comitanti peccati inten-
sitate melius cognosceremus
Quia deus non redimebat ab alio
sed a se ipso manibus eius nunc re-
dimebat animam iusticie in qua
redemptione non tantum considera-
batur quod precias vel emptor sed
etiam dignitas ipsius iusticie
cui collatio fiat dampnum et of-
fensa et quia offensio divine ius-
ticie in inmense quidam habebat in-
mensitate quamvis hoc redempcio
non esset valoris infiniti neces-
tamen fuit ipsum redimi precio
multo et in inmensitas valoris quod
sit valor eius humanam

Sexta et ultimo queritur
utrum magis dilexit Johan-
nem an petrum et quod sic videtur primo
per textum evangelii Joh. xxi hic
est discipulus ille quem diligebat
ihesus sed hoc non dicit per distinctionem
quia alios non diligeret sed ergo dicit
per excellenciam quia ipsum precetris
diligebat ¶ Item hoc videtur
verbo carne que trahitur de verbis
Bede cantat eum eciam hic est
discipulus qui privilegio amoris
precipui ceteris aliis ad amorem me-
ruit honorari ¶ Item hoc ipsum pro-
testatur glossa super illud Johannis ubi dicit
glossa Aug. quod petrus magis ama-
bat sed Johannes magis amabat

¶ Item hoc videtur per signum familiaritatis
divine si enim christus se Johannem fa-
miliarem familiarie exhibuit et
maiora signa dilectionis ostendebat
tam in cena per ficturam ... fecit
vide quod ipsum Johannem non solo
magis quam petrum sed eciam precetris
diligebat ¶ Sed contra Johannis ultimo
dixit deus petro Simon Johannis
diligis me plus hiis sed constat
quod non se quereret dominus nisi sciret
quod eum petrus plus plus ama-
ret unde et glossa dicit quod tractatio
hic iunior ihesus dum interrogans
de amore dicit hic non alibi signi-
ficans magis diligit eos qui ma-
gis se diligunt ergo etc. ¶ Item
deus dicitur diligere quantum ad effectum
et magis diligere quantum ad excel-
lenciore effectum sed ergo caritas
est excellentissimus effectus divine
bonitatis et ergo maiorem caritatem
dedit petro quia petrus magis
ipsum amabat sicut apte innuit
glossa ergo videtur quod magis dilexit
petrum quam Johannem ¶ Item christus
specialissime dilexit eciam et com-
misit petro gubernandam ergo vi-
detur quod non solum quantum ad
effectum sed etiam quantum ad signum
magis dilexit petrum ¶ Iuxta hoc
queritur quis erat melior petrus
an Johannes si enim petrus magis
diligebat et qui magis diligit
melior est ergo melior erat pe-
trus quam Johannes Rursus si christus
magis diligebat Johannem quam
petrum et qui magis diligitur
ille est melior ergo melior erat Io-
hannes quam petrus que duo sunt

sicut tamen patet ¶ Ceterum ad huius
intelligenciam est notandum quod hic est
triplex modus videndi quorum
unus facit ad complicacionem alterius
Primus est secundum Aug(ustinum) alius secundum
h(ieronimum) et tercius secundum tercium modum dicendi Aug(ustinus)
enim ad istam questionem super Iohannem re-
spondendo quod est dileccio in signis consola-
cionis et dileccio in effectu interiori Si lo-
quamur de dileccione in signo consolacionis
magis diligebat Christus Iohannem
quia maiore familiaritate ei con-
hibebat sicut patet quia super
pectus eius recubuit in cena
Si vero loquamur de dileccione quantum
ad effectum interiorem qui est effectus
gracie sic magis diligebat Petrum
quia maius gracie sibi dederat
et si tu obicias quod deus illi debe-
bat maiora signa dileccionis os-
tendere quem magis diligebat secundum
veritatem / videtur Aug(ustino) quod per Iohannem
et Petrum significatur duplex vita / per Pe-
trum activa que transit / per Iohannem
contemplativa que manet unde Pe-
tro dictum est sequere me De
Iohanne vero Sic eum volo manere et
quia activa laboriosior est et fruc-
tuosior / contemplativa vero prior
et iocundior et ad significandum dua-
rum duplicis vite familiarius
se conhibebat dominus Iohanni quam
Petro Secundum vero signum commisit
dominus Iohanni matrem custodiendam
Petro vero pastoralem curam et con-
hac dicit Aug(ustinus) quod Petrus erat
melior sed Iohannes felicior et secundum
illum modum dicendi satis patet responsio
ad obiecta quia procedunt secundum diversas vias ¶ Alius modus res-
pondendi secundum Ber(nardum) est quod Petrus
dilexit ferventius et diligebatur
forcius Io(hannes) vero dilexit dulcius
et diligebatur familiarius et sic secundum
diversas vias de utroque potest con-
cedi quod magis diligebat et etiam
quod magis diligebatur secundum quod ra-
ciones ad utramque partem inducte
ostendunt ¶ Tercius modus est
dicendi quod Petrus magis dilexit
deum in proximo Iohannes magis di-
lexit deum in se / unde Petrus ac-
cepit curam regiminis sed Iohannes
graciam contemplacionis unde Petrus
efficaciorem habuit graciam ad labo-
rem actionis Io(hannes) vero efficaciorem ad gra-
ciam contemplacionis Omnes autem
hii modi dicendi sunt congrui et — sat
unus magis complet alium ideo
cum Iohannes dilexit dulcius et
Petrus ferventius quia Iohannes
accepit specialem graciam ad amandum
deum in se per contemplacionis sapo-
rem / Petrus vero percepit ad dili-
gendum deum in proximo per affectio-
nis laborem et hinc est quod Petrus
diligebatur a Christo forcius ~~ideo~~ Iohannes
vero familiarius / quantum ad signa
exteriores consolacionis sed aut signa
familiaritatis dominus conhibebat Io-
hanni non solum propter significa-
cionem sed etiam propter qualitatem
persone diligebat enim dominus Io-
hannem sicut dicit Crisostomus magis
familiariter propter ingenitam man-
suetudinem et propter virginalem pu-
ritatem et eciam propter iuventutem / que
etiam pluribus testibus facit hominem
diligi magis tenere / hiis visis

D

patet ratio ad quorum et ad obiectionem
quod ista duo in dilectione dei se
cundum diuersas considerationes se in
uicem concordabant sicut est quod sanctus
per aliquem diuersitatem afficiuntur ipso
uidet iohannem petro quidam uero
senciunt e contrario si quis eorum
apud deum finaliter fuit carior et
hic melius premium in gloria et me
lius est coniecturare quam hic temere
diffinire hic enim dixisse sufficiat
quia ille altior est meritis qui
finaliter maiore caritate fuit in
teritus et hec dico quantum ad ma
gnitudinem premii substancialis nam quan
tum ad decorem aureole que red
dit continencie uirginali non est
inferius iohannem petro preponi

Incepte ista sunt questiones circa
litteram et sunt dubia de situ huius
partis cum enim agere de dilectione
dei spectat ad primum librum uidetur
quod tractatus iste male in hoc loco
Et si tu dicas quia magister hoc
facit quia eadem sit dilectio qua
nos diligimus deum et qua deus
diligit nos tunc obicitur quod tota
ista pars que est de caritate male
hic ponitur Et enim caritas non
est species uirtutis sed pocius donum
creatum quod est prius speciebus uidetur
quod de ipsa non debeat determinari
inter alias uirtutes ¶ Respondeo dicendum quod
ordo situacionis istius triplex at
tenditur secundum quod in magistro inuenio quod
possunt sicut tangit in textu quia e
adem est dilectio qua deus dili
git nos et qua nos diligimus
deum et si tu obicias quod tunc non
debuit determinare de caritate inter

alias uirtutes uidetur propterea quod
hoc non fecit quia caritas sit
species uirtutis non quia cari
tas est radix uirtutum secundum ratio
nem amoris quod est prius sed ceteras
uirtutes hic tractatas dominatur Potest etiam
et aliter dici quod hic per actus intro
ducitur illud tamen quod enim dilectio
dei est exemplar nostre dilectionis
ideo ad maiorem euidenciam intro
ducitur hic tractatus de ipsa uel certe
ut assignatur hic dicta dilectionis
non ad maiorem euidenciam intro
ducitur hic tractatus de ipsa uel certe
ut assignetur hic dictum addendum dictam
materiam sine precellencia quia est dilec
tio uera sicut affectio ordinata
dilectio dei non est in diuina substancia
uel usia ¶ Item queritur de hoc quod
dicit quod dilectio dei est diuina usia
si ergo dilectio dei est substancia et
eterna ergo uidetur quod deum diligere est
deum esse cum ergo deus non
sit aliud a se uidetur quod nec aliud
a se diligat ¶ Item deus incipit
aliquem diligere ergo si dilectio eius est
eius essencia uidetur quod deus incipiat
esse ¶ Item nullum eternum est tem
porale et nullum temporale eternum
sed dilectio dei qua diligit uiros
iustos est temporalis dei dilectio
est eterna ergo dei dilectio non est
diuina substancia ¶ Respondeo ad hoc et con
similia licet est dicendum quod duplicater
est loqui de dilectione dei aut
a parte principalis significati aut a parte
connotati si loquamur de ipsa quantum
ad principale significatum sic est dei essencia
et est quid eternum nec est aliud dicendum

p

Si nos loquamur quantum ad con-
notatum sic quotiens quid tem-
porale habet esse ad quod terminatur
quod est a deo diversum et quod non
est divina substantia sed [illegible] dei est ta[lis]
et quantum ad hoc currunt tria
obiecta et similia patet responsio
ad omnia ¶ Item quantum de hoc
quod dicit absit ut deus aliquid
temporaliter diligat unde commentator super
Augustinus cum quando non est malus
incipit esse bonus sed deus ma-
los odit et bonos diligit quo-
niam iste desinit esse malus
in tempore et incipit esse bonus
videtur quod deus temporaliter istum
desinat odire et incipiat ipsum
diligere ¶ Item in deo idem est
velle quod facere sicut dicit Augustinus et in
libro primo sententiarum ergo
idem est velle alicui bonum et
facere ei bonum sed deus temporaliter
alicui bonum facit ergo videtur
quod temporaliter ei bonum velit ergo
temporaliter diligit ¶ Respondeo dicendum quod
dilectio electionis et dilectio approba-
tionis prima est eterna sicut et volun-
tas dei secunda non tamen quantum potest
esse ex tempore et de ista intel-
ligit Augustinus ipse aut apponit se-
cunda ¶ Vel aliter hoc quod est tempora-
liter potest referri ad ultimum diligendi
tamen actus principalis ut [illegible]
ne quantum si tamen actus prin-
cipalis sic est [illegible] est eius
actus divine voluntatis quae
est eternus et hoc modo intelligit
Augustinus sicut patet per litteram sequentem
aut commentator sic absit ut deus ali-
quid temporaliter diligat quod nova
dilectione quae in tempore ante non

erat ¶ Si autem intelligatur quantum
ad connotatum sic concedi potest
quod deus temporaliter aliquid diligit
et in hoc sensu exponunt ¶ Iste
quantum de hoc quod dicit quod deus
electos non est [illegible] credens
quod eos dilexit quia omnes ho-
mines quos deus diligit in tempore
dilexit ab eterno cum dilectio dei
sit causa omnis boni sed multi
reprobati sunt qui habent presentem iu-
stitiam et gratiam quam deus in eis
ab eterno preparavit et dare dispo-
suit ergo videtur quod ab eterno eos
dilexit ¶ Queritur secundo utrum deus
magis diligit peccatorem predes-
tinatum quam iustum prescitum
et quod magis peccatorem predestina-
tum unde quod sapientis est con-
siderare finem et [illegible]
[illegible] processu sed deus
isti peccatori qui tamen est predes-
tinatus [illegible] ipsum futurum [illegible]
[illegible] finaliter aliis non minime
ergo magis diligit eum quam iste
vult dare eternam beatitudinem et
[illegible] quod est summum bonum ali-
cui non ergo magis diligit pec-
catorem predestinatum quam iustum
prescitum ¶ Sed contra hoc est quod
iste peccator magis est deo dis-
similis quam iustus ergo minus
est amabilis ¶ Item iste ma-
gis diligit deum ergo magis
a deo diligitur cum deus ma-
gis diligat diligentes se
¶ Respondeo dicendum quod sicut tactum est prius
est dilectio approbationis et di-
lectio electionis dilectio approba-
tionis cum sit temporalis [illegible]

sip[illegible]

pciat statum pfectum dilecto
aut electionis tum sit etiam
respiciat illud statum in quo
homo debet etiam permanere et quo
magis respicit et si boni sunt
non tamen finaliter permanent in
bono dicitur ideo non vult magister
quod adeo equaliter diligantur in
ultimo dilectionis actione ista distin
guatur unde magister bene conce
dit cum determinatione sive non
determinatione dicat eam non
esse concedendam quia eius in
tellectus falsitatem apparuisset et per
hoc patet responsio ad illud quod que
batur quod quia quantum ad di
lectionem temporalem que respiciat
statum presentis iusticie magis
diligit deus iustum prescitum
quantum vero ad alium modum dili
gendi magis diligit peccatorem
predestinatum si tamen est dare ubi
magis quod si queratur simpliciter
loquendo quem magis diligit Dicen
dum est quod simpliciter magis dili
git eum quem predestinat quam eum
quem approbat quia non est questio
de homine quantum ad qualitatem
culpe sed quantum ad ordinem vite vel
gratie et glorie XXXIII D

Post predicta de maioribus virtuti
bus consequenter pars ista in qua
magister determinat de capitalibus vir
tutes sunt ad invicem distinguen
da sunt in partes tres in
qua prima determinat de capitalibus
virtutum theologicarum secunda de
capitalibus virtutum cardinalium
tertia de capitalibus donorum pars
parte continuatur hic incipit pars secunda

que continet de peccatum Dividi
autem pars ista per maior statim maior
que determinat de ipsis virtutibus
cardinalibus Sequitur prima de
terminat de ipsis quantum ad nomen
et distinctionem secunda vero quantum ad
nomine actum ubi hec virtutes
cardinales dicuntur etc. Tertia in
movet questionem de ipsarum virtutum
connexione ubi dicuntur an
hec virtutes etc. Quarta vero
subiungit quorundam determinationem
ubi quibusdam visum est etc.
et illa ultima pars subdividi
potest in partes quia in prima
prima videt ad quam pertinet
quantum ad iusticie secundum Secunda
vero quantum ad secundum aliarum
furtum nec aliquod peccatum ergo vel
bi fortius videtur quod qui ac
commodat alii pecuniam de qua
lucratur et facit ei servitium quod
si recompensationem recipit non
committit aliquod peccatum propter hoc quod
quando magis committit usuram
in commodatione denariorum quam
in locatione domorum et aliarum
rerum ¶ Respondeo dicendum quod in praecepto illo
intelligitur prohiberi omnis illici
ta rei usurpatio alienae et illa
potest fieri per violentiam vel per frau
dulentiam et hoc vel simpliciter vel
cum adiacet circumstantia aliqua et
prohibetur hic furtum simpliciter et
sacrificium sacrilegium quod est fur

tum perpetratum circa rem sacram
vel locum sacrum et rapina quae
fit per violentiam et etiam usura
pro eo quod in usura est aliqua vio
lentia et quaedam fraudulentia.
Fraudulentia in hoc quod vendit
homo rem suam tenetur enim unus
quisque subvenire proximo in ne
cessitate ex divino mandato dum
ergo vendit ei illud quod tenetur
ei facere ipsum fraudat et deci
pit per tempus sub comparatione
aliquid alio cogit quodammodo
ad id ad quod non debet ipsum
compellit unde quo tempore u
sura fuit prohibita sicut et
furtum scilicet quod immediate sequitur
in littera ¶ Ad illud vero quod obicitur
primo de sacrilegio dicendum quod circum
stantia loci et personae bene potest
transferre in aliud genus pecca
ti sicut corrupto sanctimonialis
vel coniugatae transfert in
aliud genus peccati similiter et in
proposito intelligendum est quod enim
est actus actionis in qua valde
potest esse complementum in qua mo
tus ¶ Ad illud vero quod obicitur
de usura quod usurarius non contrectat
rem alienam invito domino dicendum
quod est voluntas absoluta et con
ditionalis et cum dicitur quod usu
rarius contrectat res quas recu
perat voluntate forte volente domino
dicendum quod hoc est verum de voluntate
conditionali sed tamen invito quantum
ad absolutam voluntatem magis
enim vellet pecuniam carere
quam lucrificium nimium perdere hoc
voluntate absoluta [illegible]

impendetur sibi mutuum quia pro interesse ¶ Ad illud quod obicitur quod tunc usurarius careret eo furto sed usura continetur sub furto Dicendum quod si quis dat usuras propter necessitatem non est immunis a culpa cum non compulsus usuras dat non peccat quia mutuatio est inventio vel mutuum sui necessitatem unde sicut ille qui dat vestes suas latroni antequam permittat se interfici non dicitur cavere cum latrone sic qui solvit usuras in necessitate non dicitur cavere de furto quantum autem necessitate quis debeat compescere hoc est inventus et virtus recte dictare propter quod secundum diversas conditiones personarum diversimode necessitates debent pensari ¶ Ad illud vero quod obicitur quod licet dare pecuniam pro accommodatione domus et consortis dicendum quod non est simile quia in quia in pecunia datur liberaliter contra omne pactum est ubi liberalis donatio et ideo non est illicita contractio non sic autem est ubi interveniunt illicita pacta Similiter non est simile de aliis possessionibus et de pecunia cum hoc contingit causa prima quod est quia in mutuatione pecunie transfertur pecunia in dominio alterius et hoc signum est quia non tenetur ad eandem numero reddere sed ille consistit in accommodatione aut domum vel equum dominium non transfertur alia causa ratio est quia pecunia de ... usu atteritur non consumitur

vel deteriora non sic autem est de aliis rebus que secundum quod magis et diutius eis utuntur magis tendunt ad defectum ¶ Tertia vero ratio est quia pecunia quantum est de se per se quantum non fructificat sed fructus venit aliunde non sic autem est circa res alias que de se ipsis afferunt fructum et utilitatem et ideo non est simile Patet autem hic plura queri de usura furto et rapina et sacrilegio sed predicta breviter ista sufficiant ¶ Item queritur de hoc quod dixit non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium contra hoc obicitur quia non solum facit qui falsum testimonium facit contra proximum sed etiam quod pro ipso ergo non solum illud debet prohiberi sed etiam illud ¶ Item si quis falsum testimonium fecit ad utilitatem proximi constat quod absque dubio peccat et non peccat contra proximum primo cum sit dominus contra unde quod prohibitio falsi testimonii non spectat ad secundam tabulam primo ad primam ¶ Item queritur cum periurium sit in iniuria dei et iniuria proximi propter quid magis dicat periurium magis prohiberi in isto mandato quam in secundo mandato et quare magis aut de periurio in expositione istius mandati quam in expositione secundi ¶ Ad quod dicendum quod in hoc precepto prohibetur falsitas oris proprie prout ordinatur in nocumentum proximi et propter hoc in- cum ingenuo ordinatur ad nocumentum proximi sive velud cum ad alium est et qui falsum alii loquitur

quoddam vero et si non noceat aliquid auferendo fallit tamen decipiendo et propter hoc potest videri ad illud quod primo obicitur. ¶ Ad 2m vero quod obicitur quod quibus mentitur contra deum quod mendacium quod est indoctiva fidei et religionis et est contra veritatem divinam et ordinatur ad nocumentum proximi et eo dum plus tamen potest prohiberi et in mandatis prime tabule et in mandatis secunde sicut dictum est de periurio et quia cognitio periurii pendet ex cognitione mendacii periurium enim includit mendacium, ideo est quod communius prohibeatur et in secundo mandato prime tabule et in secunde tamen voluit determinare de periurio in expositione quinti mandati et propter hoc potest ad obiecta

Er 38 videri

Sciendum tamen tria genera mendaciorum ut supra egit magister de expositione mandatorum iudicat nunc parte intendit agere de obliquitatibus que illis mandatis opponuntur et per illa prohibentur. Dividitur autem pars ista in duas in quarum prima determinat de mendacio in secunda de periurio ibi sic de periurio videamus. Prima autem pars in qua agit de mendacio in tres in quarum prima determinat de speciebus et differentiis mendacii. In secunda determinat quid sit mendacium et quid mentiri ibi hic videndum est quid sit mendacium. In tertia non determinat de hiis que ad mendacium concurrunt ibi in circa predictum in membris relinquitur. Prima pars dividitur in partes duas in quarum prima ponit tria genera mendacii in secunda non subiungit aliqua dicta unius melius ibi preterea est circa hoc esse quia mendacium. Secunda pars principalis dividitur in duas in quarum prima determinat magister quid sit mendacium et quid mentiri secundum veritatem. In secunda non determinat quid sit secundum modum deformitatem ibi Sed non omne mendacium sit peccatum. Tertia vero pars in duas dividitur in quarum prima ostendit quod non omnis deceptio est equalis peccati. In secunda vero inquirit utrum Iacob mentitus fuit ibi Solet etiam inquiri de Iacob et cetera.

Ad intellectum autem huius partis sunt sex breviter querenda. ¶ Primo queritur utrum conveniens sit omne mendacium esse falsum. ¶ Secundo queritur utrum tenendum sit mendacium esse peccatum. ¶ Tertio queritur utrum mendacium sit peccatum morale vane sive genus. ¶ Quarto queritur utrum omne mendacium sit mortale vel peccatum mortis perfectis. ¶ Quinto queritur de numero mendaciorum. ¶ Sexto et ultimo queritur de gradibus eorundem.

Quantum primum sic proceditur et queritur utrum conveniens sit mendacio esse falsum et quod sic videtur primo per diffinitionem mendacii quam ponit Augustinus in libro de mendacio: Mendacium inquit est falsa vocis significatio cum intentione fallendi. Si ergo diffinitio et partes diffinitionis sunt convenientes diffinito, ergo conveniens est mendacio

esse falsum ¶ Item hoc ipsum videtur
per illud quod dicit Augustinus contra men-
dacium sicut lux opponitur tenebris
ita veritas opponitur mendacio sed
tenebra essentialiter loquendo est pri-
vacio lucis ergo mendacium est pri-
vacio veritatis sed veritatis privacio
est falsitas ergo a primo essentiale est ipsi
mendacio esse falsum ¶ Item sicut possunt
se habere esse veracem et mendacem
circa hominem sic se habent circa sermonem
sed ista duo sunt impossibilia circa eun-
dem hominem simul et semel videlicet
quod ipsum esse veracem et mendacem
ergo similiter erunt impossibilia circa
sermonem ergo impossibile est quod idem
sermo simul sit verus et mendax
ergo si mendacium non potest se com-
pati cum veritate videtur quod inseparabi-
liter se habeat sibi annexam falsitatem
¶ Item omne verum secundum quod huiusmodi est
a veritate prima sed nullum mendacium
est a veritate prima ergo nullum
mendacium est verum et est verum vel
falsum ergo essentiale est ipsi men-
dacio esse falsum ¶ Sed contra Augustinus
de mendacio dicit quod ille mentitur
mendacium dicit ergo aliquis dicendo
verum facit mendacium non ergo
omne mendacium necessario est falsum
¶ Item sicut ille discordat ab
intencione cum quis negat
illud quod novit sic etiam discor-
dat quando affirmat illud quod igno-
rat et de quo dubitat sed possibile
est aliquem affirmare aliquid verum de quo
dubitat ponatur ergo cum sit possibile
sed in tali affirmatione discordat
sermo ab intencione loquentis ergo est
ibi verum et peccatum sed non est nisi
peccatum mendacii ¶ Item si inten-

cio est vera totum est verum ergo
si intencio est mendax totum
est mendax si aliquis potest di-
cendo verum intendere mentiendi
ergo possibile est quod aliquis dicendo verum sit
mendax sed non est mendax nisi
in illo dicto ergo possibile est dictum verum
esse mendacium ¶ Item sicut
se habet peccatum ad bonum ita se habet
mendacium ad veritatem sed qui fa-
cit aliquod bonum opus mala inten-
cione committit peccatum ergo similiter qui
dicit verum fallendo intencione
committit mendacium ergo idem quod pri-
mus ¶ Si dicas secundum quod videtur
magister dicere in littera quod possibile est aliquem
dicere verum et mentiri sed non est possibile
est aliquod dictum esse verum et men-
dacium simul vel esse oppositum ad
verum quia sicut se habet peccatum
ad peccatum sic se habet mendacium ad
mendacium dicit ergo si veritas dicti
non repugnat actui mentiendi
dicti non repugnat racioni ipsius
mendacii ¶ Respondeo ad predictorum intel-
ligenciam est notandum quod dictum est
quoddam signum prolatum comparatum ad in-
tencionem dicentis et ad ipsam rem
significatam et secundum hoc sortitur
dictum illud racionem duplicis falsitatis
vel veritatis Nam per comparacionem ad re-
m dicitur sermo verus per comparacionem autem
ad intencionem dicentis dicitur verax
sic etiam falsitas duplex est circa
sermonem Nam per comparacionem ad rem
videlicet unde non est adequacio
rei et sermonis dicitur sermo falsus
per comparacionem vero ad intencionem dicen-
tis non est adequacio sermonis
et intencionis dicitur sermo fallax
sive mendax quia quandoque mendacium

nominat ipsum dictum per oppositum
ad verum et ad ipsum dicentem. Hic
est quod ad completum mendacium requiritur
duplex falsitas concurrit: una est
oratio ad verum, alia propositionis ad
intentionem loquentis. Hanc dupli-
cem falsitatem tangit Augustinus in
diffinitione mendacii cum dicit:
Mendacium est falsa significati-
o mentis cum intentione fal-
lendi. Prima autem falsitas tenet
in ipso mendacio rationem materialis,
secunda vero rationem formalis et ab
illa secunda denominatur quibus men-
dax proprie. Hanc ergo duplicem con-
trarietatem quam importat ipsum men-
dacium de ratione sui nominis
necesse est ad eius completam ratio-
nem concurrere. Preterea duplicem dicunt
falsitatis mentiri autem dicit
actum per comparationem ad ipsum loquentem.
Unde ad hoc quod aliquis dicatur
mentiri sufficit falsitas que con-
tinet contradictoria vocis et
intentionis et hoc patet ex ipsa
diffinitione quare mentiri est
contra mentem ire. Contra autem
mentem vadit non solum ille qui
dicit falsum sciens sed etiam qui dicit
verum quod putat esse falsum. Unde
minus imputatur cum dicimus aliquem
mentiri quam cum dicimus aliquem
dicere mendacium quoniam eius in-
tentio fallendi sufficit ad
hoc ut aliquis dicatur mentiri,
non tamen sufficit ad plenam
rationem mendacii secundum quod magister
dicit in littera et manifeste apparet
ex ipsa notificatione Augustini. Et per hoc
ad primam partem adductis. Ad
illud vero quod obicitur in contrarium quod ille
mentitur qui dicit verum quod putat

esse falsum, iam patet responsio quod plura
requiruntur ad perfectam rationem men-
dacii quam ad hoc quod aliquis dicatur
mentiri. Ad illud quod obicitur quod
sicut ubi discordat ab inten-
tione in eo qui asserit falsum, ita
etiam in eo qui asserit esse dubium
et incertum. Dicendum quod etsi sit ibi si-
militudo quantum ad discordiam
intentionis, dissimilitudo tamen est
quantum ad discordiam sermonis
et rei, quia cum asserit falsum
sciens non tamen discordat
sermo ab intentione sed etiam discor-
dat a re, et ideo non sequitur quod
si in assertione falsi cogniti est
mendacium quod propter hoc in assertione
rei incerti vel scilicet dubii quod. Ad
illud quod obicitur quod intentio vera
totum rectificat et obliqua to-
tum falsificat. Dicendum quod etsi inten-
tio obliqua totum falsificat non
tamen falsificat secundum omnem re-
spectum sed secundum respectum quod habet
adiunctum, et ille tamen non sufficit
ad mendacium verum sicut tactum
est. Ad illud quod obicitur quod qui fa-
cit malum mala intentione com-
mittit peccatum ergo etc. Dicendum quod bonum
mala intentione factum simpliciter
non est peccatum sed peccatum ille qui
facit sicut est quibus dat elemosinam
ex vana gloria; dare elemosinam non
est peccatum sed illi qui mala inten-
tione hoc facit. Sic etiam et in
proposito patet concedi, et propterea
ex hoc non sequitur quod intus sim-
pliciter cum eo qui et quod est men-
dacium simpliciter sive aliter. Ali-
ter posset dici quod non est simile
quia peccatum dicit privationem boni-
tatis, bonitas autem dicit or-
dinationem in fine que quidem hic

esse intentionem veritati intendere et
ideo veritati intendere sublata
est tamen simpliciter peccat ordinat
simpliciter indicabilitur aliquis esse peccatum
mendacium aut dicat peccatum
peccatum veritatis quia quamvis con
sistat non tamen in comparatione propositionis
plurimis ad mentem ad mentem
mentem sed etiam ad ipsam rem
et per hoc patet ad 2m ad illud quod obi
citur quia quicumque peccat peccatum
committit ergo qui mentitur simpliciter
committit mendacium non enim est
simile peccat tamen verum est ergo
tamen quod ista conclusio tamen
dicitur quod iste mentiendo com
mittit mendacium non tamen
sequitur quod est mendacium in
se immo est illud quod et simpliciter
verum prius explanatum est unde
solum illud dicitur in quo est
falsitas per comparationem ad rem et in
tentionem est mendacium simpliciter
et complete illud in quo est fal
sitas solum per comparationem ad mentem
est mendacium aliquo modo et minus
complete illud autem in quo est falsi
tas per comparationem ad rem est men
dacium secundum quid et minus com
plete unde fere omnes iuvenes
sumpsisse et etiam complexes in pro
cessu suo peccant secundum quid
et simpliciter

Secundo queritur utrum omne sit
mendacium esse peccatum et
quod sic videtur primo dicit Augustinus
contra mendacium qui dicit sic
videtur michi omne genus men
dacii esse peccatum Item Augustinus
in libro de mendacio aut non est
credendum bonis aut credendum
est eis quos credimus debere ali
quid mentiri aut non est cre
dendum bonis aliquid mentiri
quorum primum est pro malis secundum
stultum restat ergo quod numquam
mentiantur boni si ergo aliquis
mentitur necesse est inquantum mentitur
esse malum ergo omne genus est ipsum men
dacium esse peccatum Item Augustinus
ibidem Dum fuerit aliquod genus men
dacii quod peccatum non sit esse puta
mus semel ipsum turpiter decipit
ergo ledit idem quod prius Item
hoc ipsum in ratione qua venialiter
est ipsum mendacium esse peccatum
veritatis et vi veri et ex parte in
tentionis Sed ubicumque est inten
tionis obliquitas ibi necessario est
culpa ergo est ipsum mendacium
esse peccatum Item omnis iniqui
tas venialiter loquendo est peccatum
ubicumque autem est mendacium ibi
dolositas est et quia aliud
gerit homo in corde aliud dicat
ore ubi autem dolositas est ibi
iniquitas ergo apostolus in proposito loco esse ali
quod mendacium non esse peccatum
Item verba instituta sunt ad hoc
quod homo exprimat per illa illud
quod mente gerit sed quicumque men
titur utitur verbis ad contrarium eius
ad quod instituta sunt et omnis qui
utitur re ad contrarium eius ad quod in
stitutum est necessario illa abutitur
et omnis qui abutitur peccat ergo
omnis qui dicit mendacia pec
cat Sed contra hoc obicitur primo per
exempla quia Genesis xxii cum
intenderet proprium ymmolare dixit
se cum puero reversurum ad suos
et Ysaac de uxore sua dixit
quod soror eius esset Genesis xxvi
et de Ioseph similiter est exemplum

Hom(ines) philosophi et plures si ergo facta
patriarcharum narrant scripturae sacrae sunt
sunt reprehenda sed sunt et
ipsi mentiti sunt. Videtur quod men
tiri possit aliquis sine peccato. Item
in scripturis reperiuntur multe lo
cutiones que secundum intentionem
litterales false sunt sicut patet de eo
quod dicit Judith ut quod perveniret
ad castra etc. et disputantes
reperiunt multa que sciunt esse
falsa cum eorum sacrare scriptam
absque aliquo peccato fuit data
et inscripta et inscripta multa contradis
putantes ad veritatem inquirendam
sunt laudabiles et meritoria; videtur
quod aliqua mendacia dici pos
sunt absque ulla culpa. Ergo non
est essentiale ipsi mendacio
esse peccatum. Item secundum quod dicit
Ambrosius non solum est men
dacium tamen in verbis sed etiam
in operibus simulatis sed quidem fiunt
opera simulata absque aliquo peccato
sicut fecit Josue qui simulavit
se fugere ante habitatores Hay
et David qui simulavit se stultum
coram rege Achis et Jehu qui
simulavit se cultorem Baal et illi
non peccaverunt sed potius quam men
daciunt ergo videtur ratione quod pos
sit fieri mendacium in verbis si
ne peccato. Item magis malum
est homicidium et furtum quam sit
mendacium sed furtum et homi
cidium possunt bene fieri nec est
necessarium semper esse peccatum sicut
patet de hiis qui occidunt auctoritate
legis et furantur tempore necessi
tatis vel compassionem domini sicut
filii Israel ergo videtur quod multo for
tius quod mendacium aliquando bene
bene

no(ta)

sine ipso non est concessibile ei esse pec
catum. Item mendacium quod
quis mentitur pro uno est contra
mandatum secunde tabule sed in man
datis secunde tabule ut dicit Bernardus
potest deus dispensare ut bene fiat
ergo et in ipso mendacio igitur
non videtur quod concessibile sit ei esse peccatum.
Item possibile est quod quis mendacium
dicat pro castitate alicuius conservanda
quam diligit ex caritate sed omne
quod fit ex caritate fit bene et meri
torie et tale non est peccatum
ergo si possibile est mentiri ex caritate
possibile est mendacium non esse pec
catum. Responsio dicendum quod absque dubio
omne mendacium est peccatum et adeo
concessibile est ipsi mendacio esse
peccatum in proximo ut nullo pacto
nullo fine nulla dispensa
tione nec humana nec divina pos
sit fieri bene et hoc Augustinus dicit ex
presse et multipliciter probat
et in hoc conveniunt concordant doc
tores sed rationem huius difficile
est assignare et ad hoc possumus
uti duplici modo. Una namque
ratio est que reddi potest ex compa
ratione quia est mendacium. Menda
cium enim est contra veritatem homici
dium vero et furtum contra creaturam
Deus autem contra suam veritatem
non potest nec aliquis iuste
contra veritatem divinam venire quoni
am posset quilibet creaturam
alii pro motu subicere et eam dis
ponere et ordinare ideo licet
possibile sit dispensare in homici
dio et furto non tamen in men
dacio sed hec ratio non videtur sufficien
ter quia non omne mendacium

no(ta)

bonitas creata
veritas creata

esse tunc veritate increatam sicut enim est bonitas creata et increata ita est veritas sicut est summe creata bonitatem ita creatam est summe creata veritate ergo sicut potest dispensare ut aliquis destruat aliquod bonum creatum ita tamen quod nullum fiat preiudicium sue bonitati ista in simili de veritate ¶ Ideo est alius modus dicendi quod mendacium nullo potest bonum fieri nec aliquo fine vel aliquo precepto dispensatiuo quia semper manet in eo deordinatio que quidem est ex discordia vocis et intellectus proveniens tollit deordinationem illa que est in homicidio et furto ideo magis assistit malicia ipsi mendacio quam furto vel homicidio Sed nec ad hoc videtur sufficere quia si deus potest facere duos homines discordare abinvicem sine peccato sicut dicimus de paulo et barnaba videtur simili quod mentis intellectus et sermonis discordia possit ex dispensatione divina amovere omnis culpa et ideo non videtur sufficere sine ex parte discordie intentionis et sermonis

vel culpa
quo tollit per dispensationem dispensatio ...

¶ Ideo adhuc est tercius modus dicendi quod dupliciter dicitur aliquid esse malum aut ex genere actus ut potest, tunc est turpis actus super materiam indebitam aut ex malicia intentionis tunc autem turpis actus super materiam indebitam aut ex malicia intentionis hoc potest esse dupliciter vel respectu dei vel respectu proximi si dei sic est malum in se et sic tamen sic nec nullo modo potest bonum fieri sicut est odire deum bonum et blasphemare deum si respectu proximi sicut est inferre nocumentum proximo in persona vel in rebus sic est malum in se et potest aliquo fine bonum fieri quia potest certa intentio superveniente ex dispensatione ¶ Cum autem aliquid est malum ex malicia intentionis tunc sive sit respectu dei sive respectu proximi semper malum est et nullo fine potest bonum fieri quia dicat preiudicium debita finis vel facere hoc malum est bonum nisi aliud est facere quod aliquid simul esse bonum et malum tale autem est mendacium ¶ Ita mendacium non solummodo dicit malum ex hoc quod actus turpis super materiam indebitam sed etiam intentione indirecta quod ad esse mendacium ista duo concurrunt videlicet dicere falsum et intentione fallendi et primum est malum in se et potest bonum fieri ab eo qui ignorans dicat falsum verum non secundum est malum secundum se et nullo fine potest bonum fieri nec etiam summum potest dispensare sic nullo modo potest bonum fieri quod aliquis cognoscat alienam intentione adulterandi sine ex inpulsu voluntatis ¶ Concedende sunt igitur secundum hoc voces ostendentes quod certum est ipsum negans esse peccatum et quod ipsum negare est malum secundum se sicut dicit Augustinus quod decrete sine vocis

includit in ordinata intentio
sicut dictum est ¶ Ad illud quod 2o
obicitur in genere per 9a rationem de sanctis
ducibus Abrahe Ysaac et Joseph
dicendum quod nullus eorum mentitus fuit
Nam et si aliquando Abraham vellet
filium suum ymolare credebat tamen
pro magnitudine fidei sue sicut
dicit Apostolus quod deus eum suscita=
ret Credebat enim quod firma erat
promissio qua dictum fuerat in Ysa
ac vocabitur tibi semen Similiter
nec Ysaac erat mentitus quia
Rebecca soror erat et uxor et
dicendo ipsam esse suam sororem verita=
tem utique tacuit sed tamen falsitate
non dixit Similiter etiam non Jo=
zeph mentitus fuit quia ver=
ba illa non dicebat affirma
do sed potius temptando cum
dicebat eos esse exploratores
unde potius intelligenda sunt inter
rogative quam affirmative cum
autem dixit se peritum esse in au
guriis sumpta large accipitur vel in
auguriis pro futurorum provisione
[illegible] etiam interrogative dixit
potius exprimens famam populi
quod de hoc habebat quam sibi attri
buebat famam illam sicut est et de
consiliis videndum est ¶ Ad id
quod obicitur de locutionibus poetis inspi
rata dicendum quod ea que transsumptive
dicuntur referuntur ad eum intel
lectum qui per illa intelliguntur et
quod per illa habet veritatem nullum
est ibi mendacium et hoc est
quod dicit Augustinus in libro de mendacio
Tamen quod figurative fit aut dici
non est mendacium dicitur enim
enunciatio ad id quod enunciat referen

da Nunc autem sermo figurativus
aut dictum hoc enunciat quod signi=
ficat quibus intellectus est prola
tum est et sic nullum est ibi
mendacium quia non enunciant
per intellectum primo sed per secundo qui ve
rus est sed nec in disputatione
est mendacium cum proponuntur
aliqua falsa ad hoc quod per illa deduci
tur homo ad maius falsum et de
ducendo ad maius falsum reducitur
ad verum sed in disputationibus cum propositiones
magis sunt interrogationes
quam veritatis assertiones vel for
te in doctrinalibus disputationibus
in quibus oportet disputantem re
dere ubi sola vera proponuntur pro
bantur et supponuntur ¶ Ad illud
quod obicitur de simulatione in facto
dicendum quod est simulatio cautele et in
structionis et duplicitatis Simulatio
cautele fuit in Iehu cum finxit
se cultorem Baal et David qui finxit
se stultum Simulatio vero doctrine
fuit in Christo cum finxit se lon
gius ire sicut dicitur Luce ultimo
unde credunt discipulos officiis
hospitalitatis quo cogerent cogerent
illum apud se manere et quod me
ruerit etiam illum cognoscere Si
mulatio vero duplicitatis est in ypo
critis qui in signo exteriori
ostendunt se esse bonos et
interius replentur malitia prime
due simulationes non tenent rationem
mendacii Sed tertia rationem men
dacii tenet et illa non est sine
peccato Primum non est simile de verbo
et facto quia factum non est prin
cipaliter institutum ad signum mentis

conceptum. Signum autem ad hoc
institutus est ut sit imago et
interpres ipsius mentis et ut
homo significet alii que apud
se et ut consonancia veritas apud
audientem que est apud loquen-
tem et ideo qui ad aliud utitur
ipso sermone abutitur et incurrit
peccatum mendacii non sit autem
est semper contra precepta ¶ Ad illud
quod obicitur quod maius peccatum est fur-
tum et homicidium quam menda-
cium dicendum quod quamvis gravius
peccatum sit utrumque cum quo fit ma-
la intencione et malo fine quia
tamen contingit illa a malo fine
separare ideo possunt fieri bene non
sic autem est in mendacio repperire
quia de ipsa nomine intencione
nominat intencionis obliqua-
cionem ¶ Ad illud quod obicitur quod est
contra mandatum secunde tabule
dicendum quod in mandatis secunde tabule
continetur ad actum bene contingit
dominum dispensare sed quantum ad de-
ordinacionem intencionis nunquam
ut aliquis corrumpit aperto pro-
dominum preceptum manente inten-
cione deordinata ¶ Ad illud quod
obicitur de eo qui caritate mo-
vetur ad mentiendum dicendum quod caritas
presupponit veritatem unde ad men-
monet quod veritati repugnet ve-
ritati dico contra primam unde dicit
Bernardus quod ad hoc quod opus sit lau-
dabile necesse est quod sit caritas
in intencione et veritas in electione
et quia veritas non servatur in pro-
lacione mendacii hinc est quod
mendacium caritate non potest
dici. Sicut enim caritate non

potest sufficienter committi malum
quod quamdiu maneat malum ut inde
eveniat bonum sic eciam caritate
non potest dici. Sicut enim caritatis
finis ut inde sequatur unum autem
bonum et est simile quia sicut ius
operativa deficit affectione sic ius
interpretativa deficit intellectione
et sicut finis affeccionis est bonum
ita finis intellectus est verum.
Sicut ergo nullum opus potest
caritate fieri nisi quis inten-
dit bonum et illud opus sit ordinabile
ad bonum sic eciam nullus sermo
potest caritate proferri nisi in
illius sermonis prolacione primo
intendat verum et quia mendacium
ordinatum est ad contrarium veri videli-
cet et ad mendacium cum sit contra
intencionem proferentis ideo non potest
fieri caritate nec universaliter
sed semper male et hec vero tacta
sunt in ista questione secundo adquiritur

Tercio queritur utrum menda-
cium sit peccatum mortale et quod
sic videtur primo per hoc primo quod dicitur
in psalmo perdes omnes qui loquuntur
mendacium glossa plus est perdere
quam occidere sed deus neminem occidit
nisi propter peccatum mortale ergo omne
mendacium est peccatum mortale ¶ Item
Sapiencie i os quod mentitur occidit
animam quod verum tractans Augustinus
dicit in libro de conflictu viciorum
et virtutum nec officiosum menda-
cium nec simplici verbo oportet
quisquam decipere quia quolibet men-
titur quis occidit animam sed
non occidit aliquis nisi per
mortale peccatum ergo quomodocumque men-
tiatur peccat mortaliter ¶ Item
super illud perdes omnes qui loquuntur

mendacium dicit glo(ssa) Si quis
non vult hominem ad mortem pro-
dere verum taceat sed non falsum
dicat nec propter alterius animam
suam occidat sed nullum menda-
cium est levius peccatum quam men-
dacium officiosum ergo si illud
occidit animam et omne aliud
cum ergo anima non occidatur
nisi per mortale peccatum unde etc.
¶ Item hoc ipsum ostenditur ratione
Unde quod est contrarium caritati et re-
pugnans est peccatum mortale
sed omne mendacium repugnat
veritati sicut fornicatio castitati
ergo sicut fornicatio est peccatum
mortale de ratione sui generis
ita et mendacium. ¶ Item omnis
qui facit contra conscientiam edi-
ficat ad gehennam sed omnis men-
tiens contra conscientiam loquitur quia
dicit aliquid cum intentione falle-
ndi ad quod pertinet mendacium ergo
edificat ad gehennam sed non dici-
tur homo edificare ad gehennam nisi
per peccatum mortale ergo etc. ¶ Item
omne peccatum in quo est plenus
consensus et quod fit contra tota(m)
conscientiam est peccatum mortale quia
in peccato in quo est plenus con-
sensus superior portio rationis man-
ducat peccatum aut quod est contra to-
tam conscientiam est peccatum in spiritum sanctum
quod est gravissimum cum ergo
omne mendacium de ratione sui
generis sit peccatum contra conscientiam in
quo est plenus consensus unde
quod omne mendacium sit peccatum mor-
tale. ¶ Sed contra glo(ssa) super I exo-
di Iustinus mentitur tamen
sed nullum mortale ... dicitur

go mendacium non est mortale
peccatum. ¶ Item Gregorius loquens
de mendacio obstetricum dicit
hoc peccatum genus facile creditur
relaxari sed peccatum quod facile re-
laxatur est in genere venialis
ergo etc. ¶ Item mendacium non est peccatum
mortale nisi in libidine intervenit
vel contemptus sed mendacium ef-
ficiens de sua ratione non dicit
libidinem nec contemptum ergo ita non vi-
detur quod sit mortale peccatum. ¶ Item
cum quis ludit cum proximo suo
dicta et fabulas non facit tot
aliquid peccatum mortale ergo non videtur
quod peccat mortaliter sed mentitur
mendacio iocoso ergo non omne
mendacium est peccatum mortale.
¶ Respondeo dicendum quod aliquibus dubium non est
mendacium est peccatum mortale ...
... quantum est de ratione sui generis
... est et ad mortale et ad
veniale et ratio huius est quia
lingua posita est in lubrico
et facilius est loqui quam facere
unde non semper ponderantur actus
lingue nec ponderari potest faci-
liter propter quod dicitur Iacobi 3 Si quis
non offendit in verbo hic perfectus
est vir propter quod est peccatum menda-
cii non est generaliter mortale sed
mortale fit ratione ... et
ratione contemptus et ratione no-
cumenti et est ratione libidinis
... que faciunt mendacium
esse perniciosum et mortale peccatum
quando hec non semper conveniunt ad
esse mendacii quod potest esse
aliquod veniale aliquod mortale. Sed
ordinant rationes ad hanc partem
inducte. ¶ Ad illud non quod ob...

de auctoritate prius quia dominus perdet omnes qui loquuntur mendacium. Dicendum quod sicut glossa exponit eo intelligitur dictum de mendacio generaliter, secundum partem dictum mendacii perniciosi. Unde distinctio illa non deservit ad ipsum mendacium sed ad personas mentientes illo genere mendacii, et impossibile illo est fallacia figure dictionis propter quantitatem suppositionis eius quod dicitur mendacium quando sit processus ad determinata ad quod supra. ¶ Ad id quod obicitur de auctoritate satis dici potest quod similiter auctoritas illa non intelligitur de quolibet mendacio sed de mendacio pernicioso. Et si obiciatur quod Augustinus exponit quod quocumque modo mentiens quis occidit animam, dicendum quod nec ibi intendit Augustinus distribuere pro quolibet genere vel pro singulis differentiis mendacii, sed intelligens de mendacio pernicioso quod est in doctrina religionis dicit quod nullo pacto nullo fine potest quis mentiri quando occidit animam, et illud melius potest colligi ex littera sequenti. ¶ Ad illud quod obicitur quod homo non debet mentiri pro salute alterius ne animam suam occidat, potest dici quod verbum illud simpliciter non ad perfectos se extendit de quibus loquitur Augustinus in originali, unde glossa illa sumpta est. Possumus etiam dici quod verbum dictum est consultorie, quia homo non tenetur mentiri pro aliquo nec tenetur animam suam ledere pro salute alterius corporali. Quamvis ergo quodlibet mendacium

et si non inducat mortem, quia tamen peccatum est ad mortem et ad mortem disponit, ideo consulitur ut non mentiatur pro salute corporis alterius servanda. Et sic concluditur quod omne mendacium sit mortale peccatum, sed quod est mortale peccatum vel peccat. ¶ Ad illud quod obicitur quod omne mendacium est per oppositum [illegible] virtutis [illegible], dicendum quod virtus veritatis proprie est voluntas dicendi verum cum oportet et quomodo expedit quando sit contraria eius vero [illegible] aut placeo [illegible] genus mendacii repugnat actui dicendi verum, non tamen repugnat ipsi veritati quamvis refugit mendacium perniciosum. Nec est simile de fornicatione respectu castitatis, quia actus ille [illegible] est prohibitus, non sic autem omnis dictio mendacii, et hoc propter lubricum [illegible] lingue. Unde quedam sunt mendacia quotidiana, quedam non opponuntur ipsi virtuti veritatis sicut peccata venialia et sicut primi motus castitati; quedam vero opponuntur sicut peccata mortalia, et ista prohibentur in [illegible] mendacio ubi dicit magister mendacium et pernicium prohibet. ¶ Ad illud quod obicitur quod qui facit contra conscientiam edificat ad gehennam, dicendum quod conscientia aliquando dictat refugiendum sic quod [illegible] iniustitie, aliquando sic quod faciendum aliquo modo a iustitia declinare. Quando primo modo fiat contra conscientiam peccat mortaliter propter contemptum [illegible] et ille est qui edificat ad gehennam. ¶ Cum vero secundo modo non edificat ad gehennam nec proprie dicitur facere contra conscientiam sed

preter conscientiam et propterea non sunt contra
conscientiam mendacia iocosa sive officiosa. Ad secundum
dicendum quod alia conscientia quae non dictat
omnia mendacia aequaliter esse vi-
tanda sed quaedam sicut mortalia, quae-
dam sicut venialia. Et si tu obi-
cias quod omnis mentiens quotiens-
cumque mendacium mentitur semper
facit directe contrarium ei quod conscientia
dictat, dicendum quod conscientia dictat de ali-
quo quod sit verum et de aliquo quod
sit dubium vel eius contrarium et quibus
fecit falsum scienter. Et si dicere-
te faciat talem conscientiam quae dic-
tat aliquid esse verum, dicendum quod et non
facit contra conscientiam illam quae
dictat aliquid non esse dicendum
et quantum ad secundum dictamen conscientiae
quae dirigit in agendis propter
qualitates peccati non quantum ad iudi-
iudicium conscientiae quod recipit in casibus. Ad
illud quod obicitur quod in omni men-
dacio superior pars rationis accedit
et contra scientiam consentit, dicendum quod sicut
in secundo libro fuit determinatum manda-
cato superior ~~[struck]~~ peccatis ratio
facit peccatum mortale solum in hiis
quorum actus sunt illiciti et semper
illicita sicut in periurio et aliis. Hoc
autem locum non habet in periurio men-
dacii. Similiter non omne peccatum
quod fit contra conscientiam est peccatum in spi-
ritum sanctum sed illud in quo contra
scientiam concurrit ipsa malicia. Et
si tu obicias quod omne mendacium
impugnat veritatem agnitam
quae est una species peccati in spiri-
tum sanctum, dicendum quod non qualiscumque ve-
ritatis impugnatio vel quaecumque
impugnatio est peccatum in spiritum
sed impugnatio veritatis secundum pri-

cipales et ultimus impugnatio
quae est cum quadam pertinacia
et mentis affirmatione. Quae non
est in quolibet mendacio reperire
et ideo confessor non potest concludi
quod omne mendacium sit peccatum in
spiritum sanctum nec etiam quod aliter sit
mortale peccatum

Quarto quaeritur utrum omne
mendacium sit mortale
viris perfectis et quod sic videtur per
illud Psalmi perdes omnes qui loquuntur
mendacium. Item perfectis omnino men- glo
tiri non convenit. Sed hoc non debet
nisi gravia aliorum generis peccatum quam
perfectis et imperfectis quod cum omnino
non deceat iudicatur esse morta-
le ergo etc. Item Augustinus de men-
dacio inquit diligit perfectus vir
tamquam se ipsum [illegible] ut perderet
temporalem vitam perdit eternam lo-
quitur de perfectis ergo videtur quod men-
dacio officioso perdat perfectus
vitam eternam ergo peccat mortaliter
Item Augustinus tractans illud Psalmi
xxiiii secundum translationem ubi susci-
piens filius a perdicione alonge
aberit et in ore falsi concre eius
procedit hoc exponens Augustinus dicit
sit filius suscipiens perditionem verbum
et tam clausum sibi deputat
ad superne mundi hominem per men-
dacium quod si perseverandum tunc sunt
cogatur. Si ergo perfectis tunc
ne peccatum est mortale videtur
quod filius vitam mentiri propter salu-
tem aliorum sit mortale peccatum
Item nullo credendum est si viris
perfectis non creditur sed si viri per-
fecti mentirentur eis non est

credendum. Si autem nulli credi
potest fides iusticia ergo mendacium
perfectorum fidem tollit et evacuat
per quam reguntur homines et regna
si ergo talis fides auferri non
potest sine mortali culpa videtur quod
viri perfecti inquantum perfecte menda
cium mentiuntur peccant mortaliter. Sed
contra constancia non aggra
vat peccatum in infinitum. Si ergo
status perfectionis est circumstan
cia concomitans personam non aggrava
bit peccatum in infinitum. Sed mortale
excedit veniale in infinitum
ergo quod erit veniale in perfecto non
est mortale perfecto. Item non men
tiri omnino genere mendacii aut est
consilium aut est preceptum. Si pre
ceptum ergo cum ad preceptum ob
ligentur omnes qui mentiuntur
peccant mortaliter quod prius improbatum
est. Si consilium sed ad consilia
nemo tenetur nisi ex voto ergo
cum viri perfecti illud non voveant
videtur quod nec mortaliter peccent in
genere peccati mendacii. Item si men
dacium generaliter repugnat caritati
perfecte aut ergo inquantum est cari
tas aut inquantum est perfecta.
Si inquantum est caritas ergo in om
nibus caritatem habentibus ergo quilibet peccaret mor
taliter. Si inquantum perfecta ergo videtur
quod per mendacium non cadit vir
perfectus a caritate sed solum a perfectione
igitur non peccat mortaliter per hoc
quod mendacium. Item vir perfectus
in verbo ocioso in motu ire et
in motibus carnis et in aliis
que sunt venialia de racione sui
generis non dicitur peccare mortaliter

ergo nec in mendacio
iocoso et officioso cum de racione
sui generis sint venialia. Ad
predictorum intellectum est notandum
quod circa hoc triplex modus dicendi.
Quidam namque dicere voluerunt quod
mendacia illa non sint venia
lia in perfectis sed etiam venialia per
fectis viris sed tamen quia perfecti mi
nore habent proximitate ad mendacium
quam imperfecti hinc est quod gravius
peccant. Unde Augustinus non vult as
tendere ut dicit quod omne mendacium
sit mortale peccatum perfectis. Sed tamen
nullum mendacium possit bene
fieri cum videtur est et maioris
circa perfectos non quia ipse perfectus
propter quod peccatum animam scandalizat
accidat et sic tunc ... iudicatum
sed quia ex hoc ipso dum magis adheret
veritati approximat magis veritati et dis
ponit se ad lapsum et periculum.
Sed quia verba Augustini expresse videntur
pretendere quod periculosum sit viris
perfectis mentiri dicitur enim in glossa
super illud perdes omnes qui loquuntur
mendacium quod perfecti non convenit
mentiri nec etiam pro temporali vita
alicuius servanda et postea subdit
quod perfectus si ... non dicat ne pro vita
alterius animam suam occidat
et sic videtur expresse dicere quod men
dacium officiosum sit viris perfectis
mortale. Ideo videtur aliis aliis esse
dicendum quod est perfectio voti sive religio
nis et perfectio caritatis per quam perfec
te adheret homo summe veritati
et bonitati per intellectum et affec
tum prout est possibile in illa et ista
dicitur perfectio intellectus. De prima
perfectione non intelligit Augustinus sed de secunda

illi tertia persona preco quod maxime
ad hoc sunt summe inclinati non sunt
puritate ad mentiendum et ideo
tamen mentiantur non contrarium
se movent in statu contemplationis
et est ei qualecumque mendacium
deliberatum dictum mortale peccatum
et ponitur exemplum de homine sancto
qui in statu innocentie propter singu-
laritatem quam habebat non poterat
peccare venialiter quia nulla erat
in ipso privitas infirmitatis quod
compensans ut in parvo suo dicta
esse dignus pena vel tempora-
li pena tamen id ad hoc tales sic
est tales hoc est quia paucissimos
aut nullos est reperire in ista
civitatis perfectione ¶ Quanto sit
aliquis perfectus perfectione singu-
laritatis si dicat aliquod verbum otio-
sum non peccat mortaliter et ita
quanto homo est maioris perfec-
tionis in vita privata tanto maio-
ris est pietatis et quanto maioris
pietatis tanto promptior ad subve-
niendum est aliene saluti quod go-
vir perfectus videt quod potest subve-
nire aliene saluti corporali vel
spirituali per falsitatem vel sic videtur
quod hoc modicum debeat inclinari ad
contrarium pietate et dulcedine sic
sicut videmus quod magis promptus
est pater ad mentiendum pro salute
filii quam pro salute unius contrarii
¶ Est tertia quod nulla sit privitas
tamen mendacium iocosum et of-
ficiosum non sit perfectum ¶ Si ali-
quis astringit se ad hoc per vo-
tum quantumcumque sit perfectus non
videtur quod mentiat mortale peccatum
¶ Ratio ad hoc est tamen modus

dicitur quod ad aliquid obligatur homo
specialiter preter alios vel ratione voti
emissi vel ratione officii commissi vel
ratione scandali vitandi vel consue-
tudinis ¶ Si ergo dicamus viros
perfectos obligari ad non mentien-
dum aliqua generaliter propter hoc non sit
contrarium nec contra officium commissum
nec contra votum erit hoc propter scan-
dalum et consuetudinem vinculum propter quod
non quod grandia sunt perfecti publi-
ce ¶ Grandia sunt perfecta occulta
viris publice perfectis adhibetur
fides tamen consummatoris vel virtutis
et quia mendacium deprehensum
facit ut homo alii non credat
¶ Si ergo viri perfecti mentirentur
iam nec ipsis crederetur nec ali-
quibus et magnum inde initium
fieret prudicium et daretur aliis oc-
casio scandalizandi et ideo ta-
les viri perfecti debent hoc co-
gitare quod pro nulla re dicant fal-
sum scienter qui ergo dicunt
peccant mortaliter tamen quia fa-
ciunt contra consuetudinem dictam tum
tertia quia alios scandalizant
actione non sic aut homines scan-
dalizantur de hiis qui sunt im-
perfecti vel tertia de perfectis occul-
tis ideo tales non sic obligantur
ad omne mendacium vitandum et
est exemplum hominis quia si quis
imperfectus ignoraret fidem habitu est
imperfectis fugere et latere ¶ Sed viri
perfecti tenentur stare et libere con-
fiteri ne per eorum fugam et latita-
tionem plures infirmos recedant
a fide unde contraria delict hec

vo

eis venialibus dicere putat quod
tamen dicit quod sanctus Augustinus quod viris
perfectis quorum perfectio publica est
mendacium quantumcumque parvum im-
putatur in mortale peccatum quando propter
scandalum vitandum docere debe-
ent cum sancta nullatenus menti-
endo ne faciant veritatem venire
in contemptum et hoc videtur sensis-
se Augustinus qui fuit precipuus veri-
tatis amator et quanto vir qui
veritatem amat vehementer odit
mendacium unde dicitur Eccli. ~~pe~~
potior est fur quam assiduitas
viri mendacis unde et auctoritates
et rationes ad hanc partem adduc-
te concedende sunt ¶ Ad illud
vero quod primo obicitur in contrarium quod cir-
cumstancia non aggravat peccatum
in infinitum dicendum quod illud est ve-
rum quantum est de se sed ubi ~~inst~~ aliqua
circumstancia introducat scanda-
lum alienum et conscientie vinculum
periculum mutat speciem ipso et facit
esse mortale quod alias esset ve-
niale vinculum est conscientie
cum indifferentibus faciat alios
peccare mortaliter quando magis in
hiis que dictat venialibus ¶ Ad
illud quod obicitur quod non mentitur ad
quem mendacium aut est consilium
aut est preceptum etc dicendum quod quan-
tum est ad quedam quia men-
dacium prohibitum est quantum ad ali-
qua non est proprie prohibitum sed con-
sultum venialia cum non dicantur
prohibita sed consulta sed que continuo(?)
precepta non sunt omnia prohibita
quando preceptum respiciat omnes
conscientie vinculo et scandalo

quod respiciat speciales personas officia-
liter perfecta et sic intelligendum
est secundum hunc modum ista ¶ Ad illud
quod obicitur quod mendacium aut repug-
nat caritati proximi aut caritati
perfecte dicendum quod mendacium repugnat
utrique repugnat cum caritate vere
perfectionis sicut addere quando ipsa per-
fectio viri iuste aliis manifesta
introducat occasionaliter scandalum
et conscientie vinculum et periculum peccati
quod non tamen tollit perfectionem sed caritatem
ipsam caritate ¶ Ad illud quod obicitur
quod vir perfectus non peccat in illo
casu nec in minimis maxime
sicut nec alius imperfectus dicendum quod
non est simile quia cum aliis ve-
nialibus peccatis non ita oritur scan-
dalum nec ita veritas venit in con-
temptum sicut de mendacio sicut re-
peritur circa istorum perfectum sanctus
qui precipuus est complanator habet ac
sicut dicta de mendacio sanctus quod
libro contra(?) Augustinus pretendunt quam propter
magnum veritatis zelum maxime
detestatus est mendacium, alibi volens
alius concludere salvos circa perfectos
et cum non possit mendacium ali-
quibus concludere salve animis
perfectis volunt elongare ut veritas
in aliquibus inveniret solida
sedem et perfecta si quis velit
intelligere quod mendacium quod est a-
liis veniale non sit viris per-
fectis mortale potest ad illa Augustinus
videre intelligendo propter mendacium
semper esse indecens et ma-
lum viris perfectis qui mendacio
disponunt se et alios ad malum
non autem quod semper sit eis mortale
peccatum et propter hoc declinari potest

[illegible]

cuius tenues adducere ad oppinio-
tum aliquis aut horum unum sit
unus tamen qui preterea perficit
primus esse tamen est mendacium
Quinto queritur de primis men-
dacii divisione. Dividit
enim Aug. et unum mendacium per
tres partes vel tres primas vi-
delicet in officiosum et iocosum et
perniciosum sed contra istam dictam obi-
cimus divisione primi membri. Of-
ficiosum enim mendacium dicitur quod ali-
cui prodest sed quod mendacium prosit
hoc est valde preciosus cum sit
malum ergo ponens hoc quod est pro-
desse non est aliquam speciem primus
mendacii assignare. Item iocosum
mendacium secundum speciem patet per dicere
et patet obesse ergo ponens ista non
contingit assignare primus menda-
cii species diversas. Item contra
secundam dictam obicitur quod quandoque est
mendacium iocosum quod sicut quere-
rit peccatum mendacii vel peccatum
in iocacia et alias peccatorum dictis
ergo si alia peccata non habet dividi
per iocosum et non iocosum videtur
quod nec primum mendacium. Item
quidam sepe dicat intendens iocare
non intendit fallere sed mendacium
ut dicit Aug. est falsa vocis
significatio cum intentione fallendi
Dico ergo ubi iocans intencione ibi non
est mendacium. Videtur ergo quod menda-
cium iocosum non sit species men-
dacii primum peccatis defectum et diminu-
cio primus. Item obicitur contra ter-
tiam que est mendacium perniciosum
sed enim perniciosum dicitur mendacium quod
inducit mortem et omne peccatum mor-
tale inducit mortem ergo perniciosum
est generale omni peccato mortali ergo

non est dictum mendacii. Item
mendacium perniciosum sed distinguitur
ab aliis quod hoc est rem materie
aut rem voluntatis tamen nec
non videtur quia in qualibet materia
potest homo mentiri graviter et per-
niciose. Sed mendacium cum malignitate
nec tamen voluntatis quod magis
generetur mendacii potest voluntas in-
ordinata mentem et inducere mortem
sine perniciem in mentiente ergo non
videtur quod sit dictum speciale mendacii.
Item obicitur contra dictas partes
quia Aug. dividit mendacium in
tres dictas aut ergo dico illa est
superflua aut ista est diminuta quod
nota est una reducitur ad aliam.
Si ergo reducitur queritur ergo per quem
modum queritur etiam quot sint species
mendacii unus et que superflua.
Ad predictorum intelligentiam quod cum
mendacium habeat perfectionem et complecionem
intencionem fallendi secundum intentionem
fallendi primus mentientis sed in
species diversificatur. Mentiens enim
aut intendit prodesse aut delectare
aut ledere. Secundum quod intendit prodesse
est mendacium officiosum secundum quod
intendit delectare est mendacium
iocosum secundum quod intendit ledere
est mendacium perniciosum ledere
aut potest quis dupliciter vel dampno
temporali vel dampno spirituali et
si ledit dampno temporali hoc
potest esse dupliciter aut simpliciter ledit
aut ita ledit unum quod alteri pro-
dest et secundum hoc sunt tres dicte
mendacii perniciosi. Quarum una
consistit in eo genere mendacii quo
quis mentitur in doctrina religionis
et hoc quidem fit ad nocumentum
bonum spiritualis sed fidei alia dicta

consistit in hoc quod mendacium
non simpliciter obviat sed alicui obviat
alicui prodest ¶ Si vero quis men
titur ut delectet sic est mendacium
iocosum et sic potest esse dupliciter
aut ut delectet alium et sic est
mendacium simpliciter iocosum aut
ut delectet seipsum ipsum mendacio
et sic est mendacium libidinosum
¶ Si vero quis mentitur ut prosit
alteri aut mentitur ut prosit in
rebus et sic est una differentia men
dacii officiosi aut ut prosit in
salute et vita corporis et sic est
alia aut ut prosit in sanitate et
castitate mentis et sic est tercia
et sic patet quod tria sunt genera men
daciorum postquam subdividuntur
in viii membra ¶ Item quod utrique di
viso supposita est secundum maliciam
nocivamque mendacis et ubi
illorum maliciam habet includi et hoc
satis tractabiliter sicut tactum est
probat patet diviso ad illud quod ultio
quelibet ¶ Ad illud vero quod primo o
biicitur in genere quod accidit menda
cio quod prosit dicendum quod ubi quantum
est de ratione sui generis quia tamen
mentientibus intencio imponit
nomen cum propria intencione sit
illa condicio adeo fieri menda
cio generalis ut secundum ipsam ac
cipiatur diverse species ipsius me
dacii ¶ Ad illud quod obiicitur quod idem
mendacium secundum speciem potest ob
esse et prodesse dicendum quod illud verum est
